RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Woldenberg Vollrath Bonhoff

# Disputatio Politica Ex integro secundo Aristotelis de Republica libro, qui merito Censor Rerumpublicarum Inscribi Debet

Rostochi[i]: Richelius, 1652

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730151212

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Chr. Woldenberg (v. Bonhoff)

R. U. phil. 1652.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730151212/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn730151212/phys_0002
DFG

45

*I. N. J. C. A.*

# DISPUTATIO POLITICA
## Ex integro ſecundo Ariſtotelis de Republicâ libro, qvi merito
# CENSOR RERUMPUBLICARUM INSCRIBI DEBET.

*Qvam*
*Permiſſu inclytæ Facultatis Philoſophicæ Academiæ Roſtochienſis*

PRÆSIDE
*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO ATQVE CLARISSIMO*
DOMINO
**CHRISTIANO WOLDENBERGIO**, Crempa-Holſato, Phil. & J.U. Doctore & Profeſſore Juris Extraordinario.

*Publico eruditorum examini ſubjicit*
VOLRADUS Bonhoff/ Hamburg;
Sanct. Theol. Stud.
AUTHOR ET RESPONDENS.
*Publicè in Collegio Majori ad diem 24. Decembris habebitur horis conſvetis.*

( : )

ROSTOCHI
*Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi.*
*Anno cIↄ Iↄc LII.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730151212/phys_0003
DFG

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730151212/phys_0004
DFG

# ARGUMENTUM LIBRI II. POLITICORUM.

POſtqvam Ariſtoteles *lib. 1.* de Societatibus & Civitate, tanqvam materia ſatis ſuperq; diſſeruit; jam agere incipit de forma i. e. De Republica ipſa. Verùm cum de Forma agimus, non debemus ſubitò incipere; ſed opus eſt qvodam veſtibulo ſeu prooemio. Qvocirca anteqvam Ariſtoteles incipiat jacere fundamenta ſuæ exſtructionis, hoc libro tanqvam veſtibulo & prooemio qvodam utitur. Conſiderandæ autem veniunt, qvæ eæ Reſpublicæ qvæ à ſapientibus viris, cogitatione tantum ſunt inſtitutæ & qvas ſibi, qvaſi depinxerunt; vel eæ, qvæ exſtant, finis autem omnium librorum eſt optima Reſpublica, qvæ eſt regnum & Ariſtocratia. Sed hæc optima non ſemper datur, qvia rerum natura ſæpe eſt imbecillior, qvam ut ſummam perfectionem poſſit aſſeqvi. Inferiores ſeu minus perfectæ, Reipublicæ formæ ſunt Oligarchia & Democratia. Optima Reſpublica dicitur 1. ea qvando & forma eſt optima, & populus ipſe eſt optimus, optimè à natnra inſtitutus. Ubi non eſt populus optimus, ibi non poteſt eſſe optima Reſpublica, ut ubi ſunt ſemi homines i. e. Barbari, ibi non poteſt optima Reſpublica habere locum. 2. interdum Reſpublica dicitur optima, qvæ per ſe qvidem non eſt optima, ſed ratione civium, ex qvibus conſtat: vel etiam ratione hujus, vel illius loci. Sic Turcæ poſſunt habere optimam Rempublicam, pro ratione ſui loci & accommodatisſimam, qvalem nimirum iſti populi ferunt, illud ſæpè eſt optimum, qvod per ſe non eſt commodum: præſtat inqvit *Cicero* aliqvam habere Rempublicam, qvam nullam. Et *Ariſtoteles 2. Topicorum.* Melius eſt Philoſophari, qvam luctari, ſed non magis expedit ei, qvi neceſſariis rebus indiget. Ergò non continuò dicere licet, hæc eſt melior res, Ergò magis expedit, ſcilicet non ſimpliciter, ſed huic vel illi homini. 3. Tandem Reſpublica dicitur optima, qvæ eſt facillima. Duæ autem ſunt

 cauſæ,

cauſæ, propter qvas Ariſtoteles, has Platonis opiniones retulerit 1. ad rem ipſam pertinet, qvia oportet ex ſtercore aurum legere. 2. ad ipſius Ariſtotelis exiſtimationem, qvia id non fecit ſtudio concertandi, ut Sophiſtæ ſolent, ſed comparationem voluit inſtituere, utrum omnia ex Platone ſumpſerit, vel qvædam addiderit. Progreditur autem hoc ordine primo alias Reipublicæ adminiſtrandæ formas præſcribit. *Cap. 1.* Deinde opinionem Platonis de optima Reipublicæ conſtitutione examinat. *Cap. 2.* Qvam per ἀντιπαρέξεσιν enervat *Cap. 3.* Dehinc multa incommoda communionem uxorum & liberorum ſeqvi oſtendit, *Cap. 4.* Proinde communionem Patrimoniorum & diviſionem civium in certas claſſes elevat *Cap. 5.* & *Cap. 6.* alteram Reipublicæ conſtitutionem libris duodecim de legibus comprehenſam refutat. Poſt hæc Phaleæ Rempublicam examinat. *Cap. 7.* Dehinc Hyppodami Meleſii ideam expédit *Cap. 8.* Qvibus miſsis ad Lacædemoniorum & Cretenſium Reſpublicas ſe accingit *Cap. 9.* Deinde qvæ in Cretenſium Republicâ deſiderentur comparatione inter utrasq; facta proſeqvitur *Cap. 10.* *Cap. 11.* Carthaginenſium ventilat; & tandem in Athenienſium Republicâ deſinit *Cap. 12.* De qvibus omnibus in ſingulorum capitum aphoriſmis fuſius agetur.

Aphorismus 1.

*κατ᾽ εὐχὴν, eſt proverbiū. Qvæ enim plurimi faciunt homines de his vota uſurpant exoptando vid. Iſocr. in Philipp. Terent. in Phorm. Declaratio*

## CAPUT I.

### *De Civitatis Formâ acturus Ariſtoteles, aliorum opiniones de Republica examinandas proponit.*

ἐπεὶ δὲ προαιρούμεθα θεωρῆσαι περὶ τῆς κοινωνίας τῆς πολιτικῆς, ἥ κρατίστη πασῶν τοῖς δυναμένοις ζῆν, ὅτι μάλιστα κατ᾽ εὐχὴν δεῖ καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκέψασθαι πολιτείας. i. e. Poſtqvam de ſocietate civili cognoſcere inſtituimus, qvænam ſit omnium optima iis, qvi poſſunt qvam maximè ex ſententia vivere; oportet nos etiam alias Reipublicæ adminiſtrandæ formas qvam maximè conſiderare.

Q*Vod hic liber ſecundus non ſit obiter vel temerè interjectus, ſed ex propoſito ab Ariſtotele tertio præmiſſus, ipſe* in fine lib. 1. his verbis

bis conteſtatur. ὡς ἐπεὶ μὲν τούτων διώρισται, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐν ἄλλοις λεκτέον, ἀφέντες ὡς τέλος ἔχοντας τοὺς νῦν λόγους, ἄλλην ἀρχὴν ποιησάμενοι, λέγομεν, καὶ πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν ἀποφηναμένων περὶ τῆς πολιτείας τῆς ἀρίστης. *Ex qvibus videre licet, qvod per digresſionem ad varias variorum Reſpublicas, primum librum concluſerit, & de illis, qvæ ibi reliqverat, ſe in poſterioribus pluribus acturum promiſerit, videlicet de Educatione, & qvæ eam ſpectant* ſub fin. lib. 7. & princ. lib. 8. usq; ad fin. *De Civium inſtitutione & conjugio* lib. 7. c. 13. 14. 15. & 16. *His ita præmiſſis, recta ad ipſam civilem ſocietatem, poſtqvam* lib. 1. *partes explicavit, progreditur, propoſitô fine, & inſtitutâ cum aliis Rebuspubl. comparatione. Novit enim Ariſtoteles, qvod pars methodi ſit ipſa σύγκρισις. Qvapropter de hac h. toto libro diſſerit, & poſtea, ubi ſatis ſuperq; de prærogativâ Rerumpublicarum ediſſertavit, ad finem ipſum, Rempubl. ejusq; ſpecies viam parat. Mox autem duplicem hujus comparationis utilitatem in ipſo textu his verbis annectit.* 1. ἵνα τό τ' ὀρθῶς ἔχον ὀφθῇ, καὶ τὸ χρήσιμον *ut id qvod rectum & id qvod utile eſt, ſit in promptu, atq; in oculis omnium poſitum* 2. ἔτι δὲ τὸ ζητεῖν τι παρ' αὐτὰς ἕτερον, μὴ δοκῇ πάντως εἶναι σοφίζεσθαι βουλομένων, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καλῶς ἔχειν ταύτας τὰς νῦν ὑπαρχούσας, διὰ τοῦτο ταύτην δοκῶμεν ἐπιβαλέσθαι τὴν μέθοδον. 2. *Deinde ut aliqvid ab iis diverſum qværere, non prorſus hominum ſapientiam & ingenium ſuum oſtentare volentium eſſe videatur: ſed propterea, qvod hæ, qvæ nunc ſunt, minus bonæ ac rectæ ſint (qvam commode hæc de noſtris in Europa pasſim Rebuspubl. dicantur attendite) idcirco hanc viam & rationem diſputandi induximus. Hic egregiè occupatione iis occurrit, qvæ objici poterant, indeqve exiſtimationem (qvæ eſt illæſæ dignitatis ſtatus)* L. cognitionum 5. § 1. ff. d. Extraord. cognit. *ſuam, qvæ pecuniæ etiam præponderat, ſartam tectam conſervat. Non enim Sophiſtarum more, ſtudio concertandi, ſed comparationem ſaltem inſtituendi, utrum omnia ex Platone, hauſerit, vel qvædam de ſuô adjecerit, hanc viam iniit:* τὴν μέθοδον, *uti loqvitur,* ἐπιβαλέσθαι ταύτην.

Compar. Rerump. cum aliis utilitas.

*σοφίζεσθαι unde σοφιστής, qvi mirabiliter definitur à Platone in Dialogo hoc nomen habente. Unde σοφίσματα Cic. fallaces concluſiunculæ Factū autē eſt verbum ἀπὸ τοῦ σοφοῦ. Qvare ſapientia præditꝰ 2. Callidꝰ & multarum rerum peritꝰ in verſu Phocyl. dicitur σε*

2. Ἀρχὴν δὲ πρῶτον ποιητέον, ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ ταύτης τῆς σκέψεως. ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενός, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ μή. τὸ μὲν οὖν μηδενὸς κοινωνεῖν, φανερὸν



ὡς ἀδυ-

σοφισμένος, apud Hom. legibꝰ τέκτων σοφός. imo omnes doctos & eruditos σοφοὺς qvõdam vocarũt Profeſſores σοφιστάς. Cam.p.73.

ὡς ἀδύνατον, ἡ γὰρ πολιτεία, κοινωνία τίς ἐστι. Sumendum autem eſt initium, qvod eſt hujus Diſputationis maximè proprium natura. Neceſſe igitur eſt, aut cives omnes omnium rerum eſſe participes ac ſocios, aut nullius, aut qvarundam eſſe, qvarundam non. Atqvi ut nullius qvidem rei inter eos ſit communio fieri non poſſe in promtu eſt Civitas enim aut Reipubl, adminiſtrandæ ratio, ſocietas qvædam éſt.

*Qvando Ariſtoteles inqvit* ἀρχὴν δὲ πρῶτον, *ſubintellige ſcil. à Platone, qvia ille de communione ſcripſit, qvæ aliqvid eſt eſſentiale. Qvapropter non aliunde potuit ordiri, niſi à communione. Et ita eſt initium à natura rei petitum, qvia nulla poteſt eſſe Reſpubl. in qva non ſit aliqva communio E. non ſtudio carpendi Platonem ab eo initium fecit. Utitur autem disjunctivâ propoſitione in his verbis:* ἀνάγκη *&c. ex qva alteram partem removet in verbo:* τὸ μὲν οὖν μηδενὸς, *idq; ex definitione Reip. in ultimis Aphorismi verbis deinde ex communicatione loci, ejusq; deſcriptione, in textu:* ἀνάγκη τοῦ τόπου κοινωνεῖν *&c. poſthæc ex deſcriptione civis:* οἱ δὲ πολῖται, κοινωνοὶ τῆς μιᾶς πόλεως *idem apertè confirmat.*

Philipp. Scherb. commẽt. Polit. Ariſt. p. 25.

3. Πότερον ὅσων ἐνδέχεται κοινωνῆσαι πάντων βέλτιον κοινωνεῖν τὴν μέλλουσαν οἰκήσεσθαι πόλιν καλῶς, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ οὐ βέλτιον. Utrum præſtat, qvorumcunq; communitas eſſe poteſt, ea omnia eſſe communia, in ea civitate, qvæ ſit bonis inſtitutis uſura, civesq; bonos ac beatos habitura, an aliqva eſſe, aliqva non eſſe, melius eſt?

*Gravis ſanè, perplexa & intricata, nec minus in Scholis Theologorum, qvam JCtorum ac Philoſophorum uſitata qvæſtio: nec ulla ſuis fundamentis, utut ficulneis & ſtramineis deſtituta eſſe videtur. Etenim Theologis ſe etiam opponunt Anabaptiſtæ, qvi hunc Socratis & Platonis errorem jamdudum obliteratum in lucem rurſum protraxerunt, ſed ita ut procul à primo Menii inſtituto ipſi aberrent. Fundamentis autẽ hiſce utuntur Luc. 6. v.14. Marc.10. v.21. Matth.6. v.19. & 24. 2. Utuntur teſtimonio D. Auguſt. qvod eſt in diſt.8. c.1. & lectione dignum, 3. ex Act. Apoſt. c.4. &*

*5. Gal. 5.*

*5. Gal. 3. 4. Ratione primæ originis. JCtis fortaſſe obſtreperent mendicantium Patres, qvi ſuam indigentiam aliorũ copia ſic optimè eſſent expleturi. Imò proponerent.* §. ſingulorum II. I.D.R.D. c. jus naturale. 7. Diſt. 1. *Sed qvoniam hæc parum vel nihil ad nos, imo operoſum foret, omnia illorum argumenta aſſcribere; operæ pretium eſt, ut ad rationes Politicas, qvas Plato movet, revertamur, easq́; Magiſtro Ariſtotele, â qvo in his Diſputationibus non eſt diſcedendum, præeunte, diluamus. Ex has qvæſtione planum fit, Ariſtotelem reliqvas duas disjunctæ propoſitionis partes in utramq́; partem ultro citroq́; diſputando, aliorumq́; ſententias commemorando nunc pluribus perſecuturum. Unum hic addo, qvod Plato alibi dixerit: Deum aliis hominibus in prima natura aurum, aliis argentum, aliis ferrum admiſcuiſſe; hæc autem omnia voluiſſe communia. Verum non ſeqvitur: Mulieres, liberi, facultates poſſunt communicari, vel ut Ariſtot. loqvitur.* ἐνδέχεται καὶ τέκνων, καὶ γυναικῶν, καὶ κτημάτων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας ἀλλήλοις: *E. expedit ut communicentur. Præterea addit Ariſtoteles locum, ubi hæc ſententia Platonis radicata ſit his verbis:* ὥσπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ τοῦ Πλάτωνος. *in Reipubl. adminiſtrandæ forma Platonis; dehinc ad collationem ſui temporis Reipubl. & Platonicæ & utra naturæ & rationi convenientior ſe in fine hujus capitis accingit. Non poſſum hîc præterire, qvod ſententia antedicta Socratis à plurimis graviter partim eam, reprehendendo, partim deridendo, fuerit petita. Inprimis autem* Lucianus *in Dialogo, ubi producuntur genera diverſa Philoſophicæ vitæ venalia* βίων πρᾶσιν *author inſcripſit, Socraticam illam legem irridet. Et in Nugatorio ſcripto verarum narrationum ludens in illam inſulam Heroum mulieres ait communes eſſe omnium, & incolas, ipſos hac in parte maxime eſſe Platonicos. Stoici autem hanc legem retinuerunt authore Zenone. Nonnulli etiam commodè Socraticam legem interpretando, defendere conati ſunt. Hoc enim Platonem voluiſſe perhibuerunt, communes eſſe mulieres ante conjugium petere volentium? ſicut commune ſit theatrum ſpectantium. Sed ubi jam aliqvis præ altero qvamqvam duxerit, tunc deinde ſingulorum eſſe ſingulas, neq́; nuptam poſtea communem ullam. Sed nihil nobis opus eſt hac calliditate diverſam enim hanc à mente Platonis eſſe ſententiam facile probabimus.*

Res qvæ non poſſunt cõmunicari ſunt bona animi & corporis.

Plato lib. V. d. Rep.

CAPUT

## CAPUT II.

### *Opinionem Platonis de Reipublicæ optimâ conſtitutione, primam, libris 10. de Republ. comprehenſam examinat, & uxorum & liberorum communitatem, per quam civitatis unionem introducere conabatur, per ἔνστασιν impugnat.*

I. ἔχει δὲ δυσχερείας ἄλλας τε πολλὰς τὸ πάντων εἶναι τὰς γυναῖκας κοινάς: Continet autem in ſe moleſtias & alias multas, eſſe omnium uxores communes.

*Hoc initium eſt copioſæ Diſputationis contra Rempubl. Socratis, & Platonis. Orditur autem ipſam à communione uxorum, qvam viri illi maximè probarant: ipſam autem ſeqvebatur ipſa prolium unio, hinc ut filii ex illis nati qvoq́ communes eſſent, qvia incertum erat ex cujus ſemine erant procreati. Reprehenſionis autem locos duplices proponit, qvorum prior à neglecto fine Civitatis eſt deſumptus in his verbis:* ἔτι δὲ πρὸς τὸ τέλος *&c. alter locus à prætermiſſa ratione, qva una civitas ex omnibus, qvam optima coaleſcat, ibi* πῶς δὲ δεῖ διελεῖν, οὐδὲν διώρισται.

Μίαν εἶναι τὴν πόλιν πᾶσαν, ὡς ἄριστον ὅτι μάλιστα. Unam eſſe omnem Civitatem, qvod optimum imprimis eſt.

Vid. Ariſt. lib. 4. Metaph. ubi variã τοῦ ἑνὸς ſignificationem proſecutus eſt.

*Hæc eſt Socratis hypotheſis, ut ex ipſo textu patet:* λαμβάνει ταύτην ὑπόθεσιν ὁ Σωκράτης: *Argumentum erit tale: Qvicqvid maximè unam civitatem i. e. concordem & conjunctam reddit) eſt ſummum civitatis bonum (Nam qvid inteſtinis ſeditionibus eſt pernicioſius? Sic Ariſtoteles ait, omnes Legumlatores unicè eò incubuiſſe, ut amicitia coleretur magis, qvam juſtitia) Atqvi unio 1. communio uxorum, liberorum, & facultatum civitatem maximè unam reddit E. illa eſt ſummum Civitatis bonum. De qvo argumento callidior & argutior eſt noſtri authoris diſputatio, qvæ ambigvitate verbi rem involvit. Non autem omnia, qvæ conjungendo & copulando magis unum fiunt, eo qvaſi in anguſtius ſpatium coguntur: ut exercitus, amicitiæ & conjugii copulationes. Neq́ unus animus in duobus vel pluribus perimit qvalemcunq́ copiam, ſed conſervat ac tuetur. Verum hæc aliis relinqvemus, ad ipſas Ariſtotelis rationes progredimur. Reſpondet autem Ariſtoteles ad majorem diſtingvendo*

*eam: debet una qvidem eſſe civitas; ſed non abſolutè. Civitatem fieri ſummò unam eſt contra eſſentiam civitatis. Nam Civitas eſt multitudo hominum inter ſe differentium ſpecie, naturâ, conditione, ſtatu & aliis proprietatibus. Imò ſi vis audi ipſum Ariſtotelis ſenſum* τὸ πλῆθος γινόμενον μᾶλλον ἐν ἀπόλλυται· ἡ πόλις πλῆθος, ἀπώλεια ἄρα τῆς πόλεως μίαν εἶναι. *Qvod ſi multa qvo magis ad unum rediguntur, eò magis deminuuntur, & tandem multa eſſe deſinunt, ut ſi à decem retro ad unum abducamus numeros: ſeqvitur ſcil. civitatem ratione unius everti.* 2. τὰ πλείω ἀνόμοια ὄντα καὶ διαφέροντα εἴδει, ὅσω μᾶλλον ἐνοῦται, τόσω τὸ πλῆθος αὐτῶν συστελλόμενον μειοῦται. ἡ δὲ πόλις ἐξ ἀνομοίων, καὶ διαφερόντων εἴδει. ἑνουμένη ἄρα μᾶλλον, μᾶλλον ἀναιροῦται. *Sunt in civitate non modo Principes ac Magiſt. ſed etiam poteſtati horum & imperio legitimo ſubjecti. Et verè hæc dicuntur* περὶ τῶν ἀριθμῶν πλειόνων, *qvæ ut partes totum conſtituunt, ſive* ζυνημμένως *ſ.* ἡνωμένως *ut animantis corpus, & ædificium, ſive* περιληπτικῶς, καὶ συστηματικῶς *ut populus eſt, & legio, & grex.* 3. τὸ αὐταρκέστερον, καὶ οἰκειότερον τῇ πόλει τὸ δ' ἧττον ἓν αὐταρκέστερον, καὶ οἰκειότερον ἄρα τῇ πόλει. *Non dubium eſt, qvin vicus domo unâ privata rebus neceſſariis, qvibus vita contenta eſſe poſſit, inſtructior ſit, & hac ipſa magis civitas univerſa. Florentem itaq; qvam intendit civitatem, potius evertit, qvàm inſtruit. Atq; ita Ariſtoteles oſtendit: neqvaqvam eô, ut civitas maximè una ſit, optimum ejusdem ſtatum contineri. Civitas enim conſiſtit in multitudine hominum ſpecie differentium, ſpecie ſc. civili, non Phyſicâ, ſpecie phyſica non differt ſtultus ab homine ſapiente, impius ſtudioſus à piò, ſed ſpecie civili politica. Hic enim idoneus ad imperandum, ille ad obediendum: ſpecie civili homines in civitate differunt, qvia ſunt diverſorum ordinum. Unitas alia eſt ſimilaris, alia organica ſ. organicè una, ſimilaris ut caro: organica ut homo.*

*Scherb. p. 24. ubi pl.*

*V. L. Rerũ mixtura. 30. ff. d. uſurpat. & uſu cap.*

Τὸ ἴσον, τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις: Æqvalitas mutua & reciproca, civitates tuetur & conſervat incolumes.

*Addit præterea ex lege talionis argumentum: diſſimilitudinem eſſe in civitate (talio ſive tale qvippiam ſignificat Græcè* ἀντιπεπονθὸς) *idq; probat ex viciſſitudine imperandi, & parendi, in illis verbis:* ἅμα γὰρ οὐχ οἷόν τε πάντας ἄρχειν ἀλλ' ἢ κατ' ἐνιαυτὸν, ἢ κατά τινα ἄλλην τάξιν

*3. Ariſt. 5. Eth. c. 8. I. M. M. c. 34.*



ἢ χρόνον

ἢ χεῖρον. *Conſiderandum hic diſcrimen æqvalitatis atq; ſimilitudinis. Qvoniam hæc qvalitate; illa in eo, qvod qvantum vocant cernitur. Ut figuræ differentes forma æqvales ſpatiis eſſe poſſunt: Sic igitur author modò ponit inter liberos homines in civitate æqvalitatem, qvorum ſit omnium ejusmodi qvaſi dignitatis pondo, ut honores gerere, & dignitates ſuſcipere poſſint, ſed ordinatione cedentes ſibi viciſſim, ita diſſimilitudinem efficiant.*

4. Ἔστι δὲ καὶ κατ᾽ ἄλλον τρόπον φανερὸν, ὅτι τὸ λίαν ἓν ζητεῖν τὴν πόλιν, οὐκ ἔστιν ἄμεινον, οἰκία μὲν γὰρ αὐταρκέστερον ἑνὸς, πόλις δ᾽ οἰκίας: Perſpicuum etiam ex alia ratione eſt, ſtudere civitatem plus nimio unam facere non eſſe utilius, domus enim res qvædam eſt ſuis ipſa copiis magis contẽta, qvam homo unus, civitas qvam domus.

*Priora argumenta eruta ſunt ex loco diſſimilium, hoc ducitur ex fine, qvæ eſt αὐτάρκεια. ſeipſo contentum eſſe. Civitas autem ſeipſa contenta eſt, cum familia ſe contenta non ſit, cujus omnis, ſalus ad Reipubl. ſalutem: tanqvam ad finem referatur. Proinde civitas, qvæ multitudinem continet, familia ipſâ, qvæ magis una eſt, præſtantior erit. Res enim ſimplices, qvanto ſimpliciores, tantò ſunt perfectiores. Res organicæ ſive compoſitæ, qvo magis compoſitæ ſunt, eò perfectiores ſunt. Deinde ex loco comparationis bonorum, de qvo in Rheto. & Top. Ariſtoteles idem confirmat, verba ſupracitavimus, qvare hic eorum allegatione ſuperſedemus.*

## CAPUT III.

***Cum jam ſuperiori capite probaſſet, non conducere civitati eam abſolutè eſſe unam, hoc capite ad inſtitutam adverſus Socraticas de communione civili rationes Diſputationem pergit.***

***Exagitatur autem potiſſimum hoc capite communicatio conjugum atq; liberorum.***

*Aphoriſmus 1.* Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ εἰ τοῦτο ἄριστόν ἐστι τὸ μίαν ὅτι μάλιστ᾽ εἶναι τὴν κοινωνίαν, οὐδὲ τοῦτ᾽ ἀποδείκνυσθαι φαίνεται κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν πάντες ἅμα λέγωσι τὸ ἐμὸν, καὶ τὸ μὴ ἐμὸν, Neq; porro ſi demus hoc

**hoc eſſe optimum, ſocietatem eſſe qvàm maximè unam, hoc eâ ratione videtur demonſtrari, ſi omnes ſimul dicant meum, & non meum.**

*Hic reprehendit Ariſtoteles rationem Socratis, qvæ omnino eſt & ſpecie & re (ſi qvemadmodum verbis enarratur, ita effectu introducenda videatur) mirifica atq; abſurda. Argumentum autem 1. Socratis tale erat: Qvicqvid maximè Civitatem colligat ac unit; illud maximum Civitatis bonum. Atqve meum & non meum (ubi omnes poſſunt dicere, mea uxor, meus filius, meus ager) maximè unit civitatem E. meum & non meum (ſive communicatio rerum omnium) maximum eſt Civitatis bonum. Qvoniam autem omnes argumentationes, qvibus Socrates utitur ſunt fallaces i.e.* συλλογισμοὶ ἐριστικοὶ & σοφιστικοὶ; *primum Socratica ut nugatoria in ambigvitate qvaſi explodit. In hoc igitur argumento refutat minorem, captione* διαιρέσεως *ac* συνθέσεως *declaratâ in voce OMNES. Accipitur enim diſtributivè, & collectivè, qvemadmodum &* ἀμφότερα *priori modo exprimitur in voce* ἕκαστος, *cum ſecundum Dialecticos ſingulas res notat: poſteriori in voce* ἀλλὰ πάντες, *non unusqvisqve, ſed ut vocant collectivè. E. C. Omnes poſſidemus mille thaleros:* Wann wir alle zuſammen ſchieſſen/ ſo haben wir 1000. Reichsthaler/ *qvilibet habet mille florenos, ſic poterunt omnes conjunctim dicere, hoc eſt noſtrum. Sed hoc nihil adjuvat curam rerum ſingularium. Sed ſi disjunctim intelligas omnes, tunc eſt falſum. Non enim dicere potes, iſta mea, ſed iſta noſtra, ut Impp.:* Unſere Güter. ὅτι μὲν τοίνυν παραλογισμός τίς ἐστι τὸ λέγειν πάντας φανερόν, *concludit Ariſtoteles.*

Ἑτέραν ἔχει βλάβην τὸ λεγόμενον, ἥκιστα γὰρ ἐπιμελείας τυγχάνει τὸ πλείστων κοινόν: **Aliud malum eſt in illo, qvod à Socrate dicitur. Nam qvod plurimorum commune eſt, in eò minima diligentia adhibetur.** 2.

*Explicat ulterius incommoda qvæ ſeqvuntur ſententiam Platonis de communione rerum, & qvidem primum ab earundem neglectu; additâ qvoq; negligentiæ causâ. Qvia communia negliguntur, non diliguntur, qvia unusqvisq; cogitat alterum adcuraturum.* Es verläſt ſich einer auff den andern. *Confirmat inſuper hoc ipſum ex comparatione Repugnantium:*

*tium: h. m. ſi ſuum cuiq; curæ eſt, id quod multorum commune eſt, non perinde curæ futurum, in illis verbis,* τῶν ἰδίων μάλιστα. *Exornat idem exemplo ſervorum, ibi:* ὥσπερ ἐν ταῖς οἰκετικαῖς διακονίαις οἱ πολλοὶ θεράποντες ἐνίοτε χεῖρον ὑπηρετοῦσι τῶν ἐλαττόνων. *Cum autem adhuc alia ſuperſint argumenta, ſub hoc aphoriſmo ſingula comprehendemus, ne multitudine aphoriſmorum tædium cuiqvam cieamus. Addit præterea, immoderatam liberorum & incertam procreationem, ſublaturam curam in liberos, non ſine magno Civitatis detrimento, in illis verbis* γίνονται δ' ἑκάστῳ. *In Platonicâ Republicâ pauciores vocabuntur SUI, MEI, qvàm in Repub. vulgari. Hoc poteſt inde naſci, qvia Plato conceſſit qvosdam tantum, nos agnoſcere pro noſtris, ut bellicoſi tantum bellicoſos tacitâ ſibi cognatione attribuent, eosq; invicem amabunt. Sed in vulgatis nemo negligitur, nemo eſt qvi non habeat patrem, matrem, ſororem, conſangvineos, etiamſi non ab omnibus ametur* (Sondern ehe Steine als Brodt von ihnen zu gewarten hätte) *Qvinimò in Platonis Republ. omnia ſunt dubitationis plena. Qvisq; ſimilem etiam ſibi vendicabit ſimilitudinem corporum. Id Ariſtoteles confirmat 1. teſtimonio naturæ à Libyæ gentibus petito, qvæ filios natos dividunt inter ſe ex formarum ſimilitudinibus, vel ut autor loqvitur:* τὰ μέν τοι γενόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας: *2. argumento beſtiarum. ibi.* εἰσὶ δὲ τινες καὶ γυναῖκες καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οἷον ἵπποι καὶ βόες, αἳ σφόδρα πεφύκασιν ὅμοια ἀποδιδόναι τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν, ὥσπερ ἡ ἐν Φαρσάλῳ κληθεῖσα δικαία ἵππος. *Et hoc eſt ſignum amoris, qvo ſæpiſſime adulteræ produntur. Nam qvem amant ei valde ſimilem producunt, inqvit Scherbius?* So ſagt man dann/ Ey er ſiehet dem Vater gleich/ aber nicht dem Brod-Vater. *Sed hoc eſſe falſum, contra Scherbium, evincemus, qvæſtio ſit talis: Num ſimilitudo filiæ vel filii evincat eum eſſe patrem cui ſimilis? N. De causâ autem hujus ſimilitudinis, qvam fœtus habeat patris aut matris, diverſæ ſunt autorum ſententiæ.*

*Herod. in* μελπομένῃ.

*pag. 28.*

*Hippoc. in lib.* περὶ γονῆς. *Ariſt. lib. 1. & 4. de gen. anim.*

## CAPUT IV.

### *Alia incommoda enumerat, quæ Legem Platonis refellunt; & primo recenſet damna quæ* θυμός *dat: deinde quæ* ἐπιθυμία.

Επὶ δὲ

Ἔτι δὲ καὶ τὰς τοιαύτας δυσχερείας οὐ ῥᾴδιον εὐλαβηθῆναι τοῖς ταύτην κατασκευάζουσι τὴν κοινωνίαν, οἷον αἰκίας, καὶ φόνους τοὺς μὲν ἀκουσίους, τοὺς δὲ ἑκουσίους, καὶ μάχας, καὶ λοιδορίας: Præterea etiam hujusmodi incommoda & difficultates non eſt facile vitare iis, qvi hanc communitatem comparant, verbi gratiâ, verbera contumelioſa, & cædes, alias invitè admiſſas, alias ſponte, & maledicta. 1.

*Hic vides θυμοῦ effectum, qvi difficulter etiam inter eos qvi ſibi arctiori conſangvinitatis vinculo conjuncti, præcaveri poteſt in hac Platonis Repub. Cum enim ignorat ſuum parentem, omni reverentiæ cultu exuto, æqvè cum illo ac qvovis alio ex populo, in arenam deſcendit, qvod tamen fit contra omnem æqvitatem & præſertim qvartum præceptū, qvod eſt lex immutanda: HONORA PATREM ET MATREM. Qvis ergo hanc ut erroneā, & ab omni honeſtate abhorrentem legem à ſuâ Republicâ non expellat? Qvis enim non ſummum dedecus eſſe exſtimet illum, à qvo ſecundum Deum vitam qvis uſurpavit, vel ſpontaneo vel invito parricidio è medio tollere? Apage ergo Socrates & Plato cum his variis & Stultis opinionibus. Hic non prætereundum vocabulum αἰκία, qvam Græci vocarunt ὕβριν ἔμπληγον i.e. injuriam atrocem verborum pulſando factam. Qvæ ſunt & ἄδικοι χεῖρες Demoſth. καὶ ὦ ἐργουκοί Μνησιβούλου. Inde verbum αἰκίζεσθαι: affligere. Præterea qvàm iniqva hæc lex fuerit, optimè Ethnicus Ethnicos docuit, dum dicit: ὧν οὐδὲν ὅσιόν ἐστι γίνεσθαι πρὸς πατέρας καὶ μητέρας καὶ τοὺς μὴ πόρρω τῆς συγγενείας ὄντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ἄπωθεν ἀλλὰ καὶ πλεῖον συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἀγνοούντων ἢ γνωριζόντων.*

Vox αἰκία vid. Cam. p. m. 79.

Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ κοινοὺς ποιήσαντα τοὺς υἱεῖς, τὸ συνεῖναι μόνον ἀφελεῖν τῶν ἐρώντων, τὸ δ' ἐρᾶν μὴ κωλῦσαι, μηδὲ τὰς χρήσεις τὰς ἄλλας, ἃς πατρὶ πρὸς υἱὸν εἶναι πάντων ἐστὶν ἀπρεπέστατον, καὶ ἀδελφῷ πρὸς ἀδελφόν: Abſurdum verò eſt, eum qvi filios fecit communes, concubitum ſolum amantibus ademiſſe: neq; amandi licentiam, & alios uſus, aliasq; conſvetudines patri cum filio, fratriq; cum fratre & ſorore, omnium ma- 2.

ximè indecoras, qvoniam & amare ſolum turpiſſimum eſt, vetuiſſe ac prohibuiſſe.

*Hoc argumento multa de amoribus à Socrate Diſputata eluduntur. Nam ſi lex Socratis locum obtineret, actibus venereis graviſſima ſcelera perpetrarentur. Qvippe ego neſcirem hanc meam eſſe matrem, Sororem ac proinde facile uxorem ducerem. Etſi Plato non ipſam venerem, tamen* Qvæſt. *contrectationem permiſiſſe videtur. Prædictis addit Ariſtoteles, Ruſticis & infimi ſubſellii hominibus hanc omnium rerum & præſertim uxorum communionem conducere, propter utilitates in illos redundantes, qvas his verbis indigitat:* ἧττον γὰρ ἔσαι φιλία, κοινῶν ὄντων τῶν τέκνων, καὶ τῶν γυναικῶν. Δεῖ δὲ τοιούτους εἶναι τοὺς ἀρχομένους πρὸς τὸ πειθαρχεῖν, καὶ μὴ νεωτερίζειν. *Addit præterea Ariſtoteles per hanc communionem naturalem reverentiam, qvâ ſubditi Magiſtratum, liberi parentes venerari debeant, penitus tolli, indeq́ʒ raram amicitiam inter eosdem conſiſtere. Laudat nihilominus præclaram Socratis de amicitiâ ſententiam, qvâ ſeditiones in civitatibus declinantur, amorisq́ʒ vim ex Ariſtophane annectit. De priori.* φιλίαν, *inqvit,* οἰόμεθα μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν ταῖς πόλεσιν *&c. Sed eandem hanc ſententiam per ſuam ipſius legem, qvam de liberis & uxoribus communicandis tulit, everti planum eſt. Diſſentanea itaq́ʒ eum docuiſſe certum eſt. De poſteriori ibi:* ὡς τῶν ἐρώντων διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖν ἐπιθυμούντων συμφῦναι, καὶ γενέσθαι ἐκ δύο ὄντων ἀμφοτέρους ἕνα. *Qvinimò tali communitate amicitiam minui oſtendit, idq́ʒ contrarium eſſe ei qvod maximè efficere Socrates velit:* ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίνεσθαι διὰ τὴν κοινωνίαν τὴν τοιαύτην, *qvod eleganti ſimili confirmat, ibi* ὥσπερ γὰρ μικρὸν *&c. Duo enim ſunt, qvæ maximè amorem conciliant, 1. ſi proprium aliqvod poſſideatur 2. Et id in qvo eſt cauſa amoris* τὸ ἀγαπητόν, *neutrum autem conſecuturos qvi Repub. Platonis utuntur.*

3. Περὶ τοῦ μεταφέρειν τὰ γινόμενα τέκνα, τὰ μὲν ἐκ τῶν γεωργῶν καὶ τεχνιτῶν εἰς τοὺς φύλακας, τὰ μὲν ἐκ τούτων εἰς ἐκείνους πολλὴν ἔχει ταραχὴν τίνα ἔσαι τρόπον. De filiis qvi naſcuntur alıis qvidem ab agricolis & opificibus ad cuſtodes. i. e. Principes,

*Princi-*

*Principes, aliis autem à cuſtodibus ad opifices transferendis, magnam habet perturbationem, qvonam modo hoc ſit* futurum. *Hic ſciendum Rempublicam Platonis conſtare 1. Ex qvæſtuariis ac mercatoribus &c. deinde duos alios eſſe ordines, qvi ſunt cuſtodes Reipub. Unus qvi cuſtos eſt manibus, alter qvi cuſtos prudentia* die alten Herren *conſiliarii. Jam Plato, in duobus poſterioribus communionem approbavit, de priori nihil dixit, qvaſi ibi deberet eſſe proprietas: Cum tamen Ariſtotelis mens ſit, ut illi, qvibus nos imperamus, ſint valde amici. Qvoniam autem communio diſcordias parit, melius eſſet ut inter illos ſererentur diſcordiæ. Qvapropter Turcæ orant in qvotidianâ precatione: Et des diſcordiam in noſtros hoſtes. De transferendis liberis ex uno ordine ſeu genere in alterum differit Socrates in 3. lib. Rerump. apud Plato: cujus & mentio in qvarto rurſum fit. Mens a. Platonis hæc fuit: ſi aliqvis ex cuſtodibus natus, non ſit generoſi animi, vel prudens, transferendum talem in ordinem qvæſtuariorum: Contra ſi eveniat, ut ex qvæſtuariis aliqvis præclaræ indolis naſcatur eſſe transferendum in ordinem cuſtodum. Verum Ariſtoteles reſpondet, hanc translationem maximam diſcordiarum & turbarum fore cauſam, qvia filii cuſtodum non patientur ſe detrudi eò. E contrario qvæſtuarii annitentur transferri in ſuperiorem ordinem. Communio autem iſta uxorum poteſt fieri 4. modis 1. Ut vel omnes viri omnes uxores habeant communes 2. Ut deni vel duodeni viri communes habeant denas vel duodenas uxores, cujusmodi communio uxorum fuit in Britanniâ tempore Cæſaris 3. Ut una uxor ſit communis multis viris, qvod in meretricibus cum maximâ Chriſtiani nominis turpitudine adhuc qvotidie animadvertere licet 4. Ut unus multas habeat uxores, qvi modus olim ex conceſſione divinâ fuit apud Hebræos, jam Mahometiſtarum ſecta eam nullo jure uſurpat. Hi autem omnes modi repugnant juri Divino & humano, qvod pluribus, ſi non à propoſito alienum, demonſtrari poſſet. Qvapropter & ipſe Moſes cavet, ne miſceantur connubia ex propinqvis, & iis qvi ſangvine conjuncti inter ſe ſint. Maximè ſecundum naturam eſt, ut propinqvitatum & neceſſitudinum ratio aliqva habeatur. Utrum meretrices Reipub. neceſſariæ vel utiles ſint vid. Pet. Canonher. in Tac. p. m. 281. Qvid ſit meretrix. vid. in L. palam. 43 §. 2. ff. de R. N.*

*L. fin. C. communi. divid. L. 8. ff. de reb. cor.*

*Plato l. 3. & 4. de Repub.*

*Caſus in Sphær. Civit. c. 2 q. 1 Scherb. p. 29. & 30.*

*Levit. 18.*

CAPUT

# CAPUT V.

## *Refutatâ lege de communitate mulierum & liberorum, rectà progreditur ad poſſeſſionum communitatem, exponens, quâ ratione hæc itidem refelli queat*

1\. Ἐχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ ἐπισκέψασθαι περὶ τῆς κτήσεως, τίνα τρόπον δεῖ κατασκευάζεσθαι τοῖς μέλλουσι πολιτεύεσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν, πότερον κοινὴν ἢ μὴ κοινὴν εἶναι τὴν κτῆσιν; Seqvitur deinceps ut de civium bonis ac facultatibus rei familiaris videamus, qvomodo eas conſtitui oporteat iis, qvi optimâ Reipub. adminiſtratione uſuri ſunt, utrum communes nec ne.

*Hujus qvæſtionis Diviſio, an bona ſeu facultates debeant eſſe communia in qvatuor deducitur membra, vel ſaltem tria 1. Ut communis qvidem ſit* χρῆσις, *uſus, res autem ſive poſſeſſio propria 2. Ut uſus ſit proprius, & agri ſive bona communia ut diſtribuatur huic vel illi parum vel multum, talis communio eſt inter Monachos. 3. Ut hæc ambo ſint communia* κτῆσις & χρῆσις *4. Ut utrumq; horum ſit proprium. Ex qvibus tria priora Ariſtoteles rejicit, qvartum ſervat. Verba textus ita ſonant:* λέγω δὲ τὰ περὶ τὴν κτῆσιν, πότερον κἂν ᾖ ἐκεῖνα χωρὶς, καθ' ὃν νῦν τρόπον ἔχει πᾶσι, τάς τε κτήσεις κοινὰς εἶναι βέλτιον, καὶ τὰς χρήσεις. οἷον τὰ μὲν γήπεδα χωρὶς τοὺς δὲ καρποὺς εἰς τὸ κοινὸν φέροντας ἀναλίσκειν. ἢ τοὐναντίον, τὴν μὲν γῆν κοινὴν εἶναι καὶ γεωργεῖν κοινῇ, τοὺς δὲ καρποὺς διαιρεῖσθαι πρὸς τὰς ἰδίας χρήσεις. ἢ καὶ τὰ γήπεδα, καὶ τοὺς καρποὺς κοινούς. *Qvando autem Ariſtoteles prioribus duobus modis hæc annectit verba:* ὅπερ ἔνια ποιεῖ τῶν ἐθνῶν, *& poſtea,* λέγονται δέ τινες καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κοινωνεῖν τῶν βαρβάρων, *ingenuè fatemur, qvod de his præter iſtam generalem Ariſtotelis mentionem nihil compertum habeamus. Dehinc Ariſtotelicas confutandi rationes ex textu in medium proferamus. Atqve primum concedit de communione facultatum aliqvid, ſi agricolæ & cæteri à principibus civitatis ſeparati ſint, ibi in textu:* ἑτέρων μὲν ὄντων τῶν γεωργούντων *&c. 2. Docet facultates qvodammodo communes, re a. vera proprias ſingulorum in bene*

*γήπεδα ſunt fundi ſ. agri ſ. etiam rura. Significatur autem ager ſeu terræ ſpatium, quã unusquisq; propriam atq; ſuam poſſidet.* οἰκόπεδον *area ædificii. Euſth.* ιλ. δ. γήπεδον, *quiddã ad domus in urbib9 applicatum eſſe ait, quales horti ſint Vid. Joachim. Cam. p. 80. edit. francof. 1581.*

ân bene conſtitutâ Repub. eſſe oportere. Incommoda autem quæ in ſpecie ex trium priorum communionis genere oriũtur, hæc ſunt 1. Quod frequentes naſcerentur querelæ & criminationes, ita inquit: ἀναγκαῖον γίνεσθαι περὶ τοὺς ἀπολαύοντας μὲν ἢ λαμβάνοντας πολλὰ, ὀλίγα δὲ πονοῦντας, τοῖς ἐλάττω μὲν λαμβάνουσι, πλείω δὲ πονοῦσι: cauſa eſt inæqualis laborum & fruitionum diſtributio, autor ita reddidit: ἐν τῶν ἀπολαύσεσι, καὶ ἐν τοῖς ἔργοις μὴ γινομένων ἴσων, ἀλλ᾽ ἀνίσων. 2. Graviores orirentur ſimultates propter ingenia hominum, quod eleganter per comparationem minoris & majoris confirmat, ibi: ὅλως τὸ συζῆν καὶ κοινωνεῖν τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων χαλεπὸν; Ita enim comparata ſunt hominum ingenia, ut etiam tantillâ de re litigent, imò ſæpiuſcule pro leviuſculis noxis graviſſimas iras gerant. ἐπαγωγῇ idem & 1. exemplo una peregrinantium, comprobat, h. m. δηλοῦσι δ᾽ αἱ τῶν συναποδήμων κοινωνίαι. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι διαφερόμενοι, ἐκ τῶν ἐν ποσὶ, καὶ ἐκ μικρῶν προσκρούοντες ἀλλήλοις. Es gibt bald ſchele Augen/ da man einen gemeinen Beutel hat. Eodem modo in rebus ad voluptatem pertinentibus, in Venere &c. uſu evenire ſolet. Addit præterea de famulis obſervatu digniſſima. ἔτι δὲ τῶν θεραπόντων τούτοις μάλιστα προσκρούομεν, οἷς πλεῖστα προσχρώμεθα πρὸς τὰς διακονίας τὰς ἐγκυκλίους h. e. Wann die Lauß über die Leber laufft/ da müſſen Knechte und Mägde herhalten. Rejectis itaq; tribus prioribus, quartum retinetur membrum, idq; propter duo commoda, 1. Eſt diligentia in rebus tuendis atq; amplificandis. Δεῖ γὰρ πῶς μὲν εἶναι κοινὰς, ὅλως δ᾽ ἰδίας. Αἱ μὲν γὰρ ἐπιμέλειαι διῃρημέναι, τὰ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους οὐ ποιήσουσι. μᾶλλον δ᾽ ἐπιδώσουσιν, ὡς πρὸς ἴδιον ἑκάστου προσεδρεύοντος. Decet, inquit, Reſpub. quodammodo eſſe communes (ſcil. uſu beneficentiæ) omnino autem privatas, jure poſſeſſionis. Utilitas itaq; veræ communionis capitur ex liberalitatis uſu, non ex jure poſſeſſionis, quo cum optime SS. concordat, quæ facultates privatas cuiq; ſuas permittit, uſum communem facit, per charitatis & benevolentiæ legem. Utitur adhæc proverbii teſtimonio: κοινὰ τὰ φίλων: Amicorum bona ſunt communia, ſed id aliter quàm Plato interpretatur. Deinde ab exemplis commendat hanc rerum communitatem quæ in uſu conſiſtit ibi: ἔτι δὲ & quidem exemplo Spartarum ibi: οἷον καὶ ἐν Λακε-

 δαίμονι,

De Lacedæm. cum his qvorũ modor. autor meminit inſtitutis vid. Xenoph. in l. de Rep. Laced. & Plutarch. in Lycurg. Scherb. p. 34.

δαίμονι, τοῖς τε δούλοις χρῶνται τοῖς ἀλλήλων, ὡς εἰπεῖν ἰδίοις ἐπὶ ἵπποις καὶ κυσὶ, κἂν δεηθῶσιν ἐφοδίων ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν. 2. Argumentum ab autore naturâ, ab antecedentibus & conſeqventibus, voluptate nim. naturali. Nam ex naturali voluptate, qvæ adeſt proprietati rerum, & qvæ ſeqvitur dationem rerum hoc apparet, ſyllogyſticè ita argumentamur: Qvicqvid à naturâ cuiq; tributum eſt, illud juri divino & Naturæ etiam conſentaneum erit. Atqvi rerum propriarum ſtudia & cupiditates à natura cuiq; tributæ ſunt: ergo rerum propriarum ſtudia & cupiditates juri divino & Naturæ ſunt conſentanea. Qvinimò ipſe Sapientiſſimus Regum Salomon idem teſtatur. Bibe aqvam de ciſternâ tuâ, & fluenta putei tui. Verba Ariſtotelis hæc ſunt: Ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀμύθητον, ὅσον διαφέρει τὸ νομίζειν ἴδιόν τι. Μὴ γὰρ οὐ μάτην τὴν πρὸς αὐτὸν αὐτὸς ἔχει φιλίαν ἕκαστος, ἀλλ᾽ ἐστὶ τοῦτο φυσικόν. Τὸ δὲ φίλαυτον εἶναι, ψέγεται δικαίως. οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο τὸ φιλεῖν ἑαυτὸν, ἀλλὰ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ φιλεῖν. Qvæ hic brevius, ὡς ὁδοῦ ſcilicet παρέργως. de φιλαύτῳ tangit, copioſius in lib. Ethic. diſputavit. Omnem itaq; φιλαυτίαν, qvam Lipſiæ Anno 1644. Græcis verſibus Dominus Præſes memoriter commendavit, & in ſolutâ Oratione 1650. Roſtochii, licitam eſſe argumento hujus loci adhuc ſano ſenſu defendemus, imò fontem omnis eſſe amicitiæ aſtruemus. Ex ipſo textu inſuper elicitur, dilectionem eſſe duplicẽ, alteram qvâ ſe qvisq; Natura duce diligit, alteram vero qvâ noſtra amamus ut proximum deſpiciamus. Jam ſeqvitur commendatio rerum privatarum ab uſu ac officio Liberalitatis, qvæ prorſus elevatur lege Platonis, ibi: ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ χαρίσασθαι καὶ βοηθῆσαι φίλοις, ἢ ξένοις ἢ ἑταίροις, ἥδιστον ὃ γίνεται τῆς κτήσεως ἰδίας οὔσης. Hic nota, ubi Ariſtot. καθάπερ καὶ τὸ φιλοχρήματον dicit, qvod ſingulare ſit in avaritiæ vitio, qvod avarus odit Avarum. Adulter non odit adulterum. Ebrioſus non odit ebrioſum, attende modò in Sympoſiis ad collectionem merorum abdominis mancipiorum; Wie wol die Schwelg und Sauffbrüder ſich einen Tag nach dem andern ſamlen können.

Ariſtot. lib 9. Eth. c. 4. & 8. Plato de φιλαύτου l. 5. de LL.

3. Πρὸς τούτοις ἀναιροῦσιν ἔργα δυοῖν ἀρεταῖν φανερῶς, σωφροσύνης μὲν τὸ περὶ τὰς γυναῖκας. Ἔργον γὰρ καλὸν, ἀλλοτρίας οὔσης ἀπέχεσθαι διὰ σωφροσύνην. Ἐλευθεριότητος δὲ τὸ περὶ τὰς κτήσεις. Præterea

terea duarum virtutum munera perſpicuè tollunt, qvod ad uxores qvidem attinet temperantiæ; honeſta enim actio eſt, ab eâ qvæ aliena eſt, propter temperantiam ſe abſtinere: qvæ ad fortunas autem liberalitatis.

*Nunc conjunctim contra omnia tria, ſcilicet communionem uxorum, liberorum, & bonorum diſputare pergit 1. Qvod communione iſta perſpicuè tollantur duarum principum & pulcherrimarum virtutum, Temperantiæ videlicet, & Liberalitatis officia, qvæ ordine hic tractat. Ad temperantiam qvod attinet, in aphoriſmo dicitur, ab alienâ uxore ſe abſtinere, qvod Lege Platonis tollitur. Qvantum autem hoc ſit, oſtendunt bella, totq; ſeditiones in Repub. Inde apud Philonem legitur, qvod cum Judæi non potuiſſent abduci â Religione, uxores miſerint, cum qvibus conjungerentur. Nulla enim cupiditas ardentior eſt, qvam exarſio erga fœminam, & qva vir magis abducatur â rectâ ratione. Unde Plinius dixit, duas eſſe peſtes generis humani: Fœminam & pecuniam. Et Victorius ait: Omnia mala, qvæ Rempub. noſtram oppreſſerunt; nata ſunt ex re uxoria. Exemplo nobis ſit excidium Trojanum, & Reipub. Romanæ mutatio ob Lucretiam violatam: Ad liberalitatem qvod attinet, res per ſe clara eſt. Nulla enim liberalitas eſſe poteſt, ubi nihil eſt proprii, unde illud eſt Terentii: De tuo largitor puer. In Repub. Platonis non eſt pauper & dives. 2. Per occupationem demonſtrat,* εὐπρόσωπον *qvidem &* φιλάνθρωπον *videri legem Platonis, ſed revera talem non eſſe, verba ejus hæc ſunt:* εὐπρόσωπος μὲν οὖν ἡ τοιαύτη νομοθεσία καὶ φιλάνθρωπος ἂν εἶναι δόξειεν. ὁ γὰρ ἀκροώμενος, ἄσμενος ἀποδέχεται, νομίζων ἔσεσθαι φιλίαν τινὰ θαυμαστὴν πᾶσι πρὸς ἅπαντας; *i.e. Hæc igitur legum condendarum ratio ſpecioſa & humana videri poſſit, qvaſiq; facies venuſta, bella iſta forma Reipub. ſalutanda ſit, qvod litium in contrahendis rebus, & falſorum teſtimoniorum cauſas, qvibus ſæpè innocentes opprimuntur, & alia qvædam evitet incommoda. Sed horum eſſe cauſam dicit, non proprietatem rerum (qvam nunc* ἀκοινωνησίαν *vocat) ſed hominum pravitatem. Qvæ ita explicat:* ἐπεὶ καὶ τοὺς κοινὰ κεκτημένους, καὶ κοινωνοῦντας, πολλῷ διαφερομένους μᾶλλον ὁρῶμεν, ἢ τοὺς χωρὶς τὰς οὐσίας ἔχοντας, *atq; ita optimè in adverſarios argumentationem retorſit. Subjungit jam dictis: Ac videmus paucos ſocietatum*

Adde L. 2. §. 24 ff. d. O. J.

Cam. p. 82



cauſa

*cauſa diſſidentes, cum multis negotia contrahere poſſidentibus proprias facultates. 3. Vitam Socraticis iſtis legibus conſtitutam eſſe talem, qvalis omninò conſiſtere neqveat, ſiqvidem Socrates pro capite ac principio doctrinæ ſuæ ſumpſit:* Civitatem debere eſſe unam, *hoc caput Ariſtot. ut non rectè conſtitutum refellit, & qvomodo una eſſe debeat annectit:* ἔτι ἢ δίκαιον μὴ μόνον λέγειν ὅσων ϛερήσονται κακῶν κοινωνήσαντες, ἀλλὰ καὶ ὅσων ἀγαθῶν. *Socrates enim rem non juſtis ponderibus examinavit, ſed ex dimidia tantùm parte conſideravit, nempe mala qvæ ex proprietate naſcuntur, non autem bona, qvæ ex illa proprietate impediuntur. Non ſecus ac ſi qvis conſulat, utrum ducenda ſit uxor, non tantum incommoda, ſed etiam commoda ſunt ponderanda 4. Fundamentum qvo Socrates, tanqvam certo ſeu indubitato utitur optimè elevat, dum dicit:* δεῖ μὲν γὰρ εἶναί πως μίαν, καὶ τὴν οἰκίαν, καὶ τὴν πόλιν, ἀλλ' ὐ πάντων, *(antea dixit* ὐχ ὅλως, ὐ πάμπαν, πάντως *&* καθόλε, *hæc copia Græcorum) Exhibet itaq; Ariſtoteles nobis h. l. correctionem, modumq; explicat, qvo debeat fieri unitas in civitate, nimirum inſtitutione, qvæ tribus hiſce nititur: 1. Philoſophiâ, 2. Educatione, ſeu moribus domeſticis, & legibus publicis, ibi in textu:* ἀλλὰ δεῖ πλῆθος ὄν, διὰ τὴν παιδείαν κοινὴν καὶ μίαν ποιεῖν (καὶ τόν γε μέλλοντα παιδείαν) *Ratio eſt ab autoritate & communi hominum communione. Hæc enim Platonis* νομοθεσία *non probatur ab hominibus. 6. Ab evidenti repugnantiâ propoſiti & operis. Plato ſibi propoſuit civitatem unam facere, & tamen is ipſe cogitur eam in certas partes, & qvidem diſſimiles dividere, ibi:* μάλιϛα δ' ἂν γίνοιτο φανερὸν *&c. 7. Communio illa nihil aliud eſt qvam inſtitutum qvoddam Laconicum in* φειδίτοις *ubi idem cibus & potus fuit communis, ibi:* ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι καὶ Κρήτῃ. *Qvod autem de attentione longi temporis jam Ariſtot. affert contra Socraticam communionem, ejus ſimile qviddam aſſumpſit in Diſputat. adverſus ideas Platonicas: Qvod illam ſpeciem artifices ignorent neq; uſurpent, qvorum qvidem utrumq; inqvit Camerarius, ſic ſatis leve eſt. Ariſtoteles autem ſtatuit temporum uſu comprobari Reſpub. qvo uſu & annorum experientiis carere Rempub. Platonis, affirmat. Nullam enim unqvam fuiſſe talem, qvalis deſcripta ſit à Platone.*

*Phil. Scherb. p. 37.*

*lib. 1. Eth.*

*Joachim. Cam. p. m. 83. M. Borrh. p. m. 96.*

ὁ πρῶτος

Ὁ τρόπος τῆς ὅλης πολιτείας τίς ἔσται τοῖς κοινωνοῦσιν, οὔτ᾽ εἴρηκεν ὁ Σωκράτης, οὔτε ῥᾴδιον εἰπεῖν. Qvæ totius Reipub. adminiſtrandæ forma ſit futura, bona omnia interſe communicantibus, neq; expoſuit Socrates, neq; facilè explicari poteſt.

*Jam reprehendit qvædam à Socrate prætermiſſa, qvæ debuerat explicare, & alius non facile poterit explicare, qvamvis ſit ſtudioſiſſimus Platonis. Deinde etiam præter communionem qvædam malè ſunt tradita. Prætermiſſa ſunt nimirum 1. Qvem modum aut formam Respub. ſit habitura: Num Ariſtocratia, vel Monarchia eſſe debeat. Nam Plato ſuam civitatem dividit in duas potiſſimum partes in Qvæſtuarios, & cuſtodes. Et non exprimit, an ſic omnia bona debeant communia habere. 2. Non explicat, an etiam Reipub. participes eſſe debeant i. e. adminiſtrationis in bello & Pace 3. Non explicat eorum inſtitutionem, qvando debeant abineunte ætate inſtitui & educari. 4. Qvod maximè de Repub. ſcripturo convenit, omiſit Plato, nempe forum judiciarium, ubi agitur de iis, qvi ad comitia veniant, & Magiſtratus gerant. 5. Cum Respub. poſſit partim ab externâ causâ (ut bellis, vi hoſtili) everti, partim ab internâ, ut ſeditionibus, non docuit, qvomodo poſſimus illi reſiſtere, morbosq; curare. Qvocirca ordine explicat mutilam & mancam Reipub. Platonicæ doctrinam. 1. Qvod nulla imperantium & parentium differentia futura ſit. ibi: εἰ μὲν γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον κοινὰ πάντα πάντων, τί διοίσουσιν οὗτοι ἐκείνων τῶν φυλάκων; ἢ τί πλέον τοῖς ὑπομένουσι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν; ἢ τί μαθόντες ὑπομένουσι τὴν ἀρχήν. Occurrit autem Ariſtoteles declinationi horum incommodorum, objiciendo exemplum Cretenſium, qvi ſervis ſuis, qvi agros coluerunt, omnia conceſſerunt, præter armorum uſum, & γυμναστικήν, ne ſeditiones poſſent excitare. Hanc vero cuſtodibus Civitatis permittit Plato, qvia non poteſt tale qvid in illos cadere. Vult enim eos Plato ubiq; æqvitatis ſtudioſiſſimos eſſe. 2. Qvod incommoda, qvæ maximè, ſtudeat hac rerum communione vitare, minimè vitet, ibi: ἐγκλήματα ἢ &c. Qvando meminit ἀστυνομικῶν καὶ ἀγορανομικῶν, recurrendum ad Platonem, ubi extat hæc diſputatio, vocantur ibidem ἀγορανομικὰ. ἀστυνομικὰ. ἐλλιμενικά. In lib. 6. LL. In civitate eorum qvi curent, inq; illa res divinas & humanas tueantur, conſti-*

*Phil. Scherb. p. 38.*

*Plato: lib. 4. de Rep. l. 6. de LL.*



tuit

Cam.p.83. tuit genera tria: Unum ſacerdotum & æditworum 2. Qvi in urbe & ſub urbe omnia ut integra atq; tuta ſint videant, hos ἀσυνόμους appellat, & 3. qvod fori rerumq; venalium curam haberet 3. Iſti qvæſtuarii erant homines intolerabiles, nec h. m. tranqvillitati conſulet. Aſperius nihil eſt

Ariſt. in Rhet. miſero cum ſurgit in altum. Si plebeji ad ſummos in Repub. honores perveniant, ſunt faſtuoſiſſimi. Sic Ariſt. in Rhet. divites ſuperbos eſſe docet præſertim νέοπλουτοι, ſunt faſtuoſiſſimi, ibi in textu: ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἰκὸς εἶναι χαλεποὺς, καὶ φρονημάτων πλήρεις ἢ τὰς παρ' ἐνίοις

Athen. l. 6. εἱλωτείας τε καὶ πενεστείας, καὶ δουλείας. Ultimò hic appendit ſervitutis nomina. Ex qvibus generale eſt τὸ τῆς δουλείας. Apud Lacedæmonios v. εἱλωτεία, & Theſſalos πενεστεία fuit 3. Refutatâ rerum communitate ex connexis argumentatur: ſi Res privatæ ſint, neq; mulierum communi-

Plat. lib. V de Republ. tatem poſſe conſtare, indeq; refellit ſimilitudinem Socratis: ἄτοπον δὲ καὶ τὸ ἐκ τῶν θηρίων ποιήσασθαι τὴν παραβολὴν, ὅτι δεῖ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν, οἷς οἰκονομίας οὐδὲν μέτεστιν.

4. Ἐπισφαλὲς δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας ὡς καθίστησιν ὁ Σωκράτης. Ἀεὶ γὰρ ποιεῖ τοὺς αὐτοὺς ἄρχοντας: Periculoſa porro eſt etiam Magiſtratuum creandorum ratio, qvomodo qvidem Socrates creat. Perpetuo enim vult ab eisdem obtineri Magiſtratus.

*Dehinc progreditur ad refutandam L. Socratis de perpetuo Magiſtratu, eamq; periculoſam eſſe, quia ſeditionis, cauſam det:* Τοῦτο δὲ στάσεως αἴτιον γίνεται, *quod eleganter comparatione,* ἐκ τοῦ ἥττον, *adumbrat, his verbis:* καὶ παρὰ τοῖς μηδὲν ἀξίωμα κεκτημένοις, ἢ πού γε δὴ παρά γε θυμοειδέσι καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. *Porrò refert ſimilitudinem, à metallis deſumptam, qua ad probandum Magiſtratum perpetuum*

Plat. lib. 3. de Republ. *uſus eſt Plato; quæ ſimilitudo Regibus, Principibus & Rebuſpubl. non ingrata futura eſt, ita autem ſonat:* οὐ γὰρ ὅτε μὲν ἄλλοις, ὅτε δὲ ἄλλοις μέμικται ταῖς ψυχαῖς ὁ παρὰ τοῦ θεοῦ χρυσὸς, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς αὐτοῖς. Φησὶ δὲ, τοῖς μὲν εὐθὺ γινομένοις μῖξαι χρυσὸν, τοῖς δὲ ἄργυρον. χαλκὸν δὲ καὶ σίδηρον τοῖς τεχνίταις μέλλουσιν ἔσεσθαι καὶ γεωργοῖς. *Procedit adulſimum tandem hujus capitis argumentum, quo mutilam Socratis eſſe diſciplinam*

*ſciplinā evincit, quod non rectè cõſtituat, ſed potiùs adimat beatam vitā pariter cuſtodibus Princip. & reliquis civibus, ibi* ἔστι γάρ: *idq; argumento à parte ad totum illuſtrat: ſi cives non ſunt beati; neq; Civitas eſt beata.* Ἀδύνατον εὐδαιμονεῖν ὅλην, μὴ τῶν πλείστων, ἢ μὴ πάντων μερῶν, ἢ τινῶν ἐχόντων τὴν εὐδαιμονίαν. *Felicitatem autem non idem eſſe dicit quod numerus par: quia totus numerus par eſſe poteſt, partes autem impares, exemplo ſit ſenarius; hic enim par numerus eſt, cum partes ejus, duo ternarii impares ſint. Secus autem rem ſe habere in civitate & ejus partibus, qui cives ſunt. Hi enim niſi beati ſint, nec civitas beata erit, verba ita habent:* οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν τὸ εὐδαιμονεῖν, ὧνπερ τὸ ἄρτιον. *Confimat idem* ἐκ τοῦ μᾶλλον, *ibi*: ἀλλὰ μὴν εἰ οἱ φύλακες μὴ εὐδαίμονες, τίνες ἕτεροι, id eſt, *ſi cuſtodes non erunt beati, quinam alii erunt? Unum ſub calce hujus cap. adhuc monere lubuit, videlicet, quod Socraticam communionem, & maximè mulierum ad curam etiam Reipubl. admiſſarum optimè ad confuſionem traduxerit Ariſtoph. in Fab. cui titulum fecit* ἐκκλησιάζουσαι. *Sic enim ibi Praxagora*: ἀλλ' ἕνα ποιῶ κοινὸν πᾶσι βίοτον, καὶ τοῦτον ὅμοιον. *Et mox de mulieribus*: καὶ ταύτας κοινὰς ποιῶ τοῖς ἀνδράσι ξυγκατακεῖσθαι. *Et de liberis deinde*: Πατέρας ἅπαντας τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισι νομιοῦσι. *Non incommoda hæc imperioſis mulieribus videbuntur.*

*Vide hic Scherb. p. 43. 44. & 45. Cam. p. 84 Ariſtoph.*

## CAPUT VI.

### *Hoc capite, ea, quæ Plato 12. lib. de LL. de Republ. proponit, perſtringit, continuatio ex principio cuivis patet.*

Διαιρεῖται εἰς δύο μέρη τὸ πλῆθος τῶν οἰκούντων, τὸ μὲν εἰς τοὺς ε.
γεωργούς, τὸ δὲ εἰς τὸ προπολεμοῦν μέρος· τρίτον δ' ἐκ τούτων τὸ βουλευόμενον, καὶ κύριον τῆς πόλεως. **Dividit in duas partes habitantium multitudinem, alteram agricolarum, alteram propugnatorum: tertiam ex his conflavit, eam qvæ conſultat, qvæ totius civitatis dominatum & poteſtatẽ obtinet.**

*Hîc partes Reipubl. Platonicæ explicat, quæ ſunt duæ. Prior continet aratores & opiſices; altera milites ſeu propugnatores; tertia autem ex prioribus coagmentata, Senatores & conſiliarios comprehendit. Diſſe-*

*runtur*

*runtur autem pleraq; omnia, quæ h. l. ab Ariſtotele exagitantur in lib. 3. 4. 5. 6. & nonnulla & ſeptimo Legum Platonicarum. Sciendum autem Ariſtotelem hic nolle Platonis leges convellere, ſed quia in illis quoq; libris formam quandam Reip. deſcripſit, de illa ipſa Repub. paucis quærere inſtituit, cauſamq; inſtituti planis ipſe verbis in textu aperit ibi.* διὸ καὶ περὶ *usq; ad aphoriſmum noſtrum, adumbravit. Expoſitis autem partibus, vitia ipſarum demonſtrat, & bene perfecteq; tractatas non eſſe declarat, ita enim inquit: De agricolis autem & artificibus, utrum nullius Magiſtratus, an alicujus ſint participes: & utrum hos quoq; arma geſtare, & belli gerendi communiter onus ſuſtinere, nec ne, nihil Socrates definiit, mulieres autẽ putavit oportere verſari in bello, (cum tamen mulieres potius colo natæ, quàm armis.) Hinc rectè Poeta:* Πάντα δ' ἀρσένων γυναιξὶ πράσσειν εἰκός. *Nec minus apposite Elienſibus Phidias Venerem, teſtudinem calcantem finxit, ut mulier ſilentii &* οἰκουρίας, *non rerum foris gerendarum haberet ſymbolon) & ejusdem atq; cuſtodes inſtitutionis participes eſſe.* Τὰ δ᾽ ἄλλα, τοῖς ἔξωθεν λόγοις πεπλήρωκε τὸν λόγον, *i. e. cæteroqui ſermonibus à re alienis diſputationem totam referſit.*

Pet. Vict. p. 105. in fin.

M. Borrha p. m. 106.

Demoſt. dicit: τὰ ἔξω τοῦ πράγματος.

2\. Τῶν νόμων, τὸ μὲν πλεῖστον μέρος νόμοι τυγχάνουσιν ὄντες ὀλίγα δὲ περὶ τῆς πολιτείας εἴρηκε: Libri de legibus maxima ex parte leges ſunt: pauca in eis de Reipub. adminiſtratione verba fecit: & hanc volens communiorem facere civitatibus, paulatim circumagit rurſus ad alteram Rempublicam.

P. Victo: p. 106.

*Hic primum brevem quendam in LL. Platonis contemtorum indicem texit, & dicit maximam partem ejus operis continere in ſe leges: refertamq; ipſam eſſe LL. quas Socrates illic fert: pauca namq; in ipſis præcepit de ſtatu ejus civitatis, quam LL. illis ornarit; ſignificat enim Rempubl. leviter in illis informatam, qvam Rempubl. Ariſtot. voluit ab eo plenius exqviſitiusq; deſcribi. Hic etiam obſerves, qvod aliud ſit de Republ. aliud de LL. ſcribere. Miratur autem Ariſt. cum voluerit Plato eam Remp. communiorem eſſe cum aliis civitatibus, paulatim eum, qvod contrarium eſt conſilio ipſius, reverti ad primam illam Remp. qvod iſto verbo* περιάγει *ſatis ſuperq; indigitatur. Qvinimò aliter ſtatuit lib. 7. de LL. aliter lib. 2. de Republ. aliter lib. 4. de Republ. ibi:* καὶ τὴν μὲν χιλίων; *aliter in lib. 6. de LL. ibi:* πεντακισχιλίων. *Atqvi hinc Ariſt. ad con-*

Scherb. c. 4. p. 46.

Victo. p. 107.

*ad confutandas eas Socratis, qvæ extant in in libris LL. rationes viam parat. Errata autem hujus ſecundæ Reipubl. Platonis, qvæ Ariſtoteles recenſet, partim ſpectant ad materiam, partim ad Formam ejusdem. Ad materiam qvæ ſpectant 1. Reprehendit multitudinem propugnatorum* τῶ πεντακισχιλίων. *Apud Platonem Athenienſis hoſpes numerum ponit, qvinqvies milium & qvadraginta, ex qvibus vides Ariſtotelem in hac ſecunda Republ. numerum Platonis non rectè allegaſſe, ſiqvidem 40. omiſerit. Hunc autem numerum plurimas partitiones admittere, & ſecari ait continuâ ſerie ab uno ad decem usq;. Et hunc num velit eſſe Principum in civitate tantùm (id qvod Ariſtoteles ſumit) an univerſorum civium, mihi conſiderandum diligentius videtur. Socratis dehinc, diſputationem à ſupervacaneis reprehendit,* τὸ υ. κομψὸν *Platoni aſſignat; non autem*
*ad ornatum elegantiamq; orationis, verum ad ſententias, qvæ ipſa conti-* P. Vict. p.
*nentur Ariſtoteles reſpexit. Qvando autem dicit, doctrinam Platonis* 107. Cam.
*habere aliqvid* περιττόν, *eximium* τὸ κομψὸν, *venuſtum* τὸ καινοτόμον, p. m. 85.
*novum, (qvo utitur alibi:* πολλὰ δὲ καὶ νόσοι ἀναγκάζουσι καινοτομεῖν) Pl. 3. d. LL.
καὶ τὸ ζητητικὸν, *qvod totum conſumitur in qværendo & indagando, ac re-*
*fertum ſubtilibus qvæſtionibus, utitur eodem etiam alibi. Utrum in lau-* Plat. 6. de
*dem vel ignominiam dicta ſint, multi dubitant. Affert autem unum in me-* Republ.
*dium eorum, qvæ magnificè potius, qvam verè à Socrate dicta ſunt, ibi:* Scherb. p.
ἐπεὶ καὶ τὸ νῦν εἰρημένον] *unaq; incommoda annectit, opus enim eſſe Ba-* 46.
*bylonico agro, aut aliqvo aliò immenſo, unde qvinq; millia otioſorum virorum alerentur. Poſtqvam autem ſatis hanc ſententiam contempſit, judiciumq; Socratis irriſit, ſubjungit hæc verba:* δεῖ ὑποτίθεσθαι κατ' εὐχὴν, μηδὲν μέντοι ἀδύνατον, *qvo vult indicare, conceſſum eſſe omni ſcriptori qvæcunq; velit, ipſiq; qvæ in mentem veniant, etiam optata loqvi: ea verò qvæ effici non poſſint, nullo pacto ei eſſe permiſſa.*

*II. Erratum Platonis qvod Ariſtoteles reprehendit eſt in legibus ferendis, ubi legislatori trium rerum rationem in ferendis LL. habendam eſſe monet 1. Regionis 2. Perſonarum 3. Finitimorum locorum qvorum*
*curam Plato omiſit. Verba textus ſunt:* Λέγεται ὡς δεῖ τὸν νομοθέτην Plat. l. V.
πρὸς δύο βλέποντα τιθέναι τοὺς νόμους, πρός τε τὴν χώραν, καὶ τοὺς ἀν- leg.
θρώπους. ἔτι δὲ καλῶς ἔχει προσθεῖναι καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας τό-

 πους; εἰ

πους, εἰ δεῖ τὴν πόλιν ζῆν βίον πολιτικόν. *Rationem hujus in textu ſimiliter adjungit, qvam qvisq; textum perlecturus, inveniet.*

*Plat. de lib. V. Sherb. p. 47. Cam. p. 86. vid. Plat. 4. de Rep. Vict. p. 109. M. Borrh. p. 102.*

*III. Refellit Socratis legem de modo aſſignandarum poſſeſſionum, ut cives poſſint vivere temperanter; ſed Ariſtoteles ait, temperanter vivere interdum eſſe laborioſè, & miſerè vivere. Igitur oportuiſſet aliter deſinire, videlicet ex habitu virtutum: temperantia qvo ad nos, ut ego non abutar illis bonis; & liberalitate qvoad alios. In bonorum diſtributionibus ſemper illa duo verſantur. Igitur modus facultatum ex iis definiendus fuiſſet, ibi in textu:* καὶ τὸ πλῆθος *&c. utitur autem argumento, à rebus ſubjectis, in qvibus verſantur temperantia & liberalitas ibi:* ἐπεὶ μόναι, *videlicet in re familiari, qvod collatione cæterarum virtutum illuſtrat.*

*Plat. lib. V de LL. it. lib. 7. eo. Scherb. p. 48. & 49. P. Victor. p. 111.*

*IV. Erratum eſt in exæqvatione bonorum, per qvam certum numerum conſtituit facultatibus: incertum à procreandis liberis. Plato unicuiq; duo aſſignat domicilia, ſed poteſt fieri ut tibi naſcantur filii 10. 20. vel plures &c. hic nullos habeat, ibi maxima orietur inæqvalitas. Et facile h. m. familia redigitur ad paupertatem, id qvod apparet ex multis familiis. Atq; hæc eſt cauſa cur qvidam Principes non ducant uxores, ni videlicet cum complures fiant, redigantur tandem ad familiam Comitum. Ideoq; Plato reprehenditur, qvod nihil de multitudine liberorũ ſtatuerit, cum procreatio liberorum magnas habeat in Reip. difficultates. Si enim libera eſt ſoboles naſcitur in infinitum, & inde paupertas familiæ, qvæ poſtmodum ſeditionem & maleficia cauſatur ibi* πενίας *&c. Qvod ſi verò maximo natu omnia bona dantur, ſicut in Angliâ, qvid reliqvi agent pauperes?*

*Cam. p. 87*

*Statuit proinde Ariſt. melius Phydonem legislatorem Corinth. definiviſſe modum liberorum, & reliqviſſe libertatem facultatum augendarum, ibi* φείδων ὁ Κορίνθιος.

*V. Erratum Socratis eſt de malè tradito Magiſtratu: Ille vult Imperantes antecellere debere iis, qvi imperio parentes id eſt aliæ virtutes debent eſſe ejus, qvi imperat, & aliæ ejus, qvi paret. Sed qva in re tamen, & qvibus virtutibus debeat antecellere perſpicuè non explicat, ſed tantum pro more ſuo per ſimile indicat, nimirum talem eſſe debere rationem, qvæ inter ſtamen & ſubtegmen, ut imperantes ſint qvaſi ſtamen, ut habeant aliqvid firmum & ratum, id eſt prudentiam: in iis vero qvi parent obedientia*

*dientia reqviritur, ne ſint duræ cervicis σκληροτράχηλοι & αὐτογνώμονες ſ. ἰδιογνώμονες, i.e.* Eigenſinnige Eadünckel, *ibi:* ἐλλείπεται δὲ τοῖς νόμοις *Qvod Ariſtot. hic vocat* στημόνιον & κρόκην, *Plato nominat* ξυμφυὴν ἢ πλέγμα *telam ſeu textum qvodlibet, &* ἐφυφὴν *ſubtegmen qvod & licium aliqvi ſeu ſtamen.* *Plato VI. de Leg.*

*VI. Legem Socratis de facultatibus carpit, has enim augeri usq; ad qvincuplum cupit, agros non item. Poterunt itaq; liberi has auctas facultates per manus accipere à parentibus. Sed ubi habitabunt, qvia immobilia ſemper manent. Nemo enim plus qvam duas domus habebit. Nullam hujus qvintupli rationem adjecit. Cenſus autem claſſium definiuntur in lib. 6. LL. primæ qvatuor minæ, qvi fuerint denarii 400. Secundæ tres minæ, denarii trecenti: Tertiæ, minæ duæ, denarii ducenti: qvartæ & infimæ minu una, denarii centum. Ubi & actio datur* αἰσχροκερδείας *infamis in eum qvi in ſua claſſe auget cenſum, in textu ibi:* ἐπεὶ δὲ τὴν πᾶσαν *&c.*

*VII. Reprehendit Platonicam ædificiorum diviſionem, ibi:* καὶ τὴν τῶν οἰκοπέδων δὲ διαίρεσιν δεῖ σκοπεῖν, *à ſumptibus temerè diviſis* μὴ ποτ' οὐ συμφέρειν πρὸς οἰκονομίαν. χαλεπὸν δὲ οἰκίας δύο οἰκεῖν *id eſt: difficile eſt, in binis ædibus unum habitare.*

Η ζύνταξις ὅλη, βούλεται μὲν εἶναι μήτε Δημοκρατία μήτε Ολιγαρχία, μέση δὲ τούτων, ἣν καλοῦσι πολιτείαν: Tota Reipubl. deſcriptio videtur eò referri, ut neq; ſit poteſtas popularis qvam Democratiam appellant Græci, neq; paucorum Principatus, qvem Oligarchiam: ſed harum mediam Reipubl, adminiſtrandæ forma, qvam Politiam nominant. ſ.

*Incipit nunc argumentari, contra ea, qvæ in forma univerſæ Reipubl. Platonicæ ſunt malè poſita; & qvidem 1. contra id, qvod Plato poſt optimam Reipubl. formam, qvam in lib. de Juſt. deſcripſit, optimam ſtatuit eam, qvæ conſtat ex Tyrannide & populi poteſtate. At reſpondet. Ariſtot. ejusmodi forma non eſt Reſpubl. ſed eſt potius labes Reipubl. Cum itaq; ſint labes Reipubl. hæc duo Tyrannis nempe &* ὀχλοκρατία, *non poſſunt efficere Rempublicam. Obſervandum qvod Ariſtoteles formæ hic tribuat generis nomen qvando qvendam confuſum ex Regali & populari* *Scherb. p. 51.*

 impe-

*Imperio civitatis ſtatum,* πολιτείαν *ſeu Rempubl. vocat. Non enim eſſe popularem ſuam Rempubl. Plato voluit indicare verbo* ἐπολιτευόντων. *Dehinc per collationem ejus, qvam prius, ad collationem hujus, qvam priori poſtponit, indeq; ad laudem Lacedæmoniorum Reipubl. procedit, rationem hanc annectendo, qvæ hodiè in noſtris Rebuspubl. non paucis locum invenit:* Δεῖ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐξ ἁπασῶν εἶναι τῶν πολιτειῶν μεμιγμένην. *Qvod autem Lacedæmoniorum Respubl. è dominatu pau-*

Cam. p. 88 *corum & ſtatu unius, & multitudinis ſtatu conſtiterit probat autor in textu:* διὸ καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπαινοῦσιν. εἶναι γὰρ αὐτὴν, οἱ μὲν ἐξ ὀλιγαρχίας, καὶ Μοναρχίας καὶ Δημοκρατίας φασί. *Qvomodo autem fuerit conſtituta, additur.* λέγοντες τὴν μὲν βασιλείαν μοναρχίαν *&c. Duo enim erant Reges ex familiâ Herculis, qvi duo Reges præ ſe ferebant Tyrannidem: Deinde 28. erant ex Senioribus, ibi* τὴν δὲ γερόντων

Cic. 3. de Leg. Plat. 4. de Leg. ἀρχὴν, ἢ γερουσίαν, ὀλιγαρχίαν. *Qvinq; erant Ephori è plebe, qvi Democratiam conſtituebant, ibi:* δημοκρατεῖσθαι δὲ κατὰ τὴν τῶν ἐφόρων ἀρχὴν, *qva ratione apud Romanos tribuni plebis creati ſunt. Huic Lacedæmoniorum Romanam ſimilem fuiſſe à Romulo conſtitutam autor eſt Livius. 2. dicit, qvod forma illa Reipubl. Platonicæ non eſt conflata è Tyrannide & Democratiâ, ſed potius eſt media qvædam inter Tyrannidem & Democratiam. Nam ſi inſpiciantur ſtatuta illius Reipubl. efformata eſt potius ex Democratia & Oligarchia, ibi:* ἔπειτ' οὐδ' ἔχουσα φαίνεται μοναρχικὸν οὐδὲν, ἀλλ' ὀλιγαρχικὰ, καὶ δημοκρατικά. *At hæc qvoq; non eſt optima Reipubl. forma. Aliæ enim ſunt meliores, partim qvæ magis ſunt mixtæ, qvas ſupra laudavit & hic rurſum commendat:* ἡ ἐκ πλειόνων συγκειμένη πολιτεία, βελτίων; *partim qvæ minus ſunt mixtæ, ut qvæ magis ſunt Ariſtocraticæ, & magis puræ: Sic Reſpubl. Hamburgenſis, non eſt Ariſtocratia, ſed Ariſtocratica, id eſt magis vergit ad Ariſtocratiam, qvemadmodum Colonienſis magis ad Democratiam tendit. Platonis autem magis inclinat ad Oligarchiam, hoc argumento: qvia Magiſtratus ibi creantur è divitibus; verum in Ariſtocratia fit votis & ſuffragiis. ibi:*

Plat. 6. de LL. P. Vid. p. m. 115. δῆλον ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων καταστάσεως. τὸ μὲν γὰρ ἐξ αἱρετῶν κληρωτοὺς, κοινὸν ἀμφοῖν, τὸ δὲ, τοῖς μὲν εὐπορωτέροις ἐπάναγκες ἐκκλησιάζειν εἶναι καὶ φέρειν ἄρχοντας, τοῦτο δ' ὀλιγαρχικόν. *Poſtea addit:* ὀλιγαρ-

χικὴν

κληρωτὴν ποιεῖ καὶ τὴν τῆς βουλῆς αἵρεσιν, qvæ qvomodo inſtituta pluribus ex textu, maximè ex ipſo Platone cognoſces. Videtur autem Ariſtoteles hic ſortem electioni præferre, putat enim creationem Magiſtra: per ſortem non ita invidioſam, ut electionem. Sors enim putatur gubernari à Deo. In ſuffragiis interdum multum poteſt gratia & odium. Qvapropter Scherbius ad h. l. ex Contareno notat. Electio Ducis Veneti per multas ambages, non rite contingit, die gehet wunderlich in einem Jrrgarten herumb/ imo addit, eſt prudentiſſimum inventum, qvisqvis eam invenerit ſ. excogitavit. Electio autem an ſorti præferenda, qvando qværitur, affirmamus non attendentes qvod in fine hujus cap. legantur hæc verba: ἔχει δὲ καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων τὸ ἐξ αἱρετῶν αἱρετοὺς ἐπικίνδυνον: i.e. Jam verò illud qvod ad electionem Magiſtratuum pertinet, ubi electos ad aliam electionem revocat, periculo non vacat.

Pr. 18. v. 18 & 16. v. 33.

Scherb. p. 82.

Qvæſt. Ariſt. l. 2. Rhet. c. 20. 4. Sol. c. 15.

## CAPUT VII.

*Refutatâ Repub. Platonis, quid de aliis Rebuspublicis ſtatuendum ſit, deinceps docet. Inprimis a. Phaleæ Chalcedonii introductam Reipub. conſtitutionem hoc cap. examinat.*

Εἰσὶ δέ τινες πολιτεῖαι καὶ ἄλλαι, αἱ μὲν ἰδιωτῶν, αἱ δὲ φιλοσόφων καὶ πολιτικῶν· πᾶσαι δὲ τῶν καθεστηκυιῶν, καὶ καθ' ἃς πολιτεύονται νῦν, ἐγγύτερόν εἰσι τούτων ἀμφοτέρων. Sunt autem qvædam & aliæ Reipub. adminiſtrandæ formæ, aliæ ab indoctis, aliæ à Philoſophis, & qvi in Reipub. luce verſati ſunt, inventæ atq; conſtitutæ. 1.

*Poſtquam autor noſter contra ambas Reſpublicas Platonis prolixè prioribus duobus capitibus diſputaſſet, & quid vitii in illis oſtendiſſet, tranſit nunc ad alias nonnullas examinandas, ubi primum Phaleæ occurrit. Quod dum facit, indicat primum varios fuiſſe, qui de his ſcripſerunt, quorum alii Idiotæ (quo nomine non intellexit rudes & imperitos rerum homines, ſed qui non haberent animum excultum ſubtilibus artibus, & contrarios demum illis, quos Philoſophos vocavit. Idiota enim interdum ſignificat privatum, qui non gerit Magiſtratum, interdunm hominem humilem, interdum indoctum) erant, alij Philoſophi & viri docti, ut: h.c. Phaleas, & ſeq. Hippodamus, alij Politici, qui diu in Repub. verſati.*

P. Victor. p. 117.

Scherb. p. m. 57.

ſati. Omnes autem has, ſive à Philoſophis, ſive à Politicis conſtitutas, propius ad veras accedere, quàm Platonis, palàm affirmat, idemq; ratione in textu, h. m. confirmat: Οὐδεὶς γὰρ ἔτι τὴν περὶ τὰ τέκνα κοινότητα καὶ τὰς γυναῖκας, ἄλλως κεκαινοτόμηκεν, οὔτε περὶ τὰ συσσίτια τῶν γυναικῶν ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων ἄρχονται μᾶλλον.

2. Δοκεῖ τισὶ τὸ περὶ τὰς οὐσίας εἶναι μέγιστον τετάχθαι καλῶς. Περὶ γὰρ τούτων ποιεῖσθαί φασι τὰς στάσεις πάντας. Διὸ Φαλέας ὁ χαλκηδόνιος τοῦτ' εἰσήνεγκε πρῶτος. Videtur quibusdam maximùm eſſe illud qvod ad facultates rei familiaris pertinet, in ordinem rectum eſſe adductum. De his enim ſeditiones ab omnibus commoveri dicunt. Qvapropter Phaleas Chalcedonius hoc induxit primus.

*Jam ipſam Phaleæ Rempublicam aggreditur, illudq;, quod antea dixit, apud hos omnes præter Platonem à rebus magis neceſſariis initium duxiſſe, ſtatuminat, dum à legitima bonorum conſtitutione, ritè exorditur Hujus autem ſuæ ſententiæ rationem annectit, dum contrarium hujus diſcordias in civitate gignere contendit. Inæqualitas enim bonorum fons & cauſa ſeditionum. Quare, inquit, Phaleas huic malo viam obſtruere voluit, & in eam, quam finxit Rempubl. æqualitatem fortunarum importavit, verba textus hæc ſunt:* Φησὶ γὰρ δεῖν ἴσας εἶναι τὰς κτήσεις τῶν πολιτῶν. *Fuit itaq; ejus inſtitutum ut æquatio fieret bonorum immobilium, ut initio ſtatim æquis portionibus diſtribuerentur, & retinerentur, & ut patrimonia non poſſent abalienari. Hoc enim modo futurum ut paupertas, unde nil niſi maleficia in Repub. proveniunt, evitaretur. Mobilium verò bonorum nullam facit mentionem. Hæc autem Phaleæ non multum differt à ſecundâ Platonis Repub. in eo tamen differunt, quod Plato etiam de mobilibus & intellexerit: hic tantum de immobilibus, ut ab initio æquarentur bona immobilia. Quamvis autem difficile ſit ejusmodi bonorum æquationem inſtituere in civitatibus jam conſtitutis, nihilominus tamen, ſi quis ſuum conſilium ſequatur, celeriter imò facilè id effici poſſe Phaleas exiſtimat, nimirum hac lege, ut divites elocando filias ſuas dotem darent, pauperes verò non darent, ſed acciperent dotem, & h. m. etiam ditarentur, ubi hæc quæſtio poteſt ventilari: An divitibus conveniat ducere pauperes? A. Exemplum habes Megadori Plautini &c.*

*Quaſt.* P. *Vict. d. p.117.* Plat. *VI. d. LL. vid. L. humilem. 7.* C. *de Inceſt: & inut. nupt.*

*Atq;*

*Atq; ita pauperum filiæ ſolummodò virtuti, pudicitiæ, caſtitati ac formæ ſtudebunt ibi in textu:* τῦτο δὲ καθιζομέναις ῥᾴ, καθάπερ εἴρηται πρότερον.

Δεῖ μηδὲ τῦτο λανθάνειν τοὺς ὕτω νομοθετῦντας, ὃ λανθάνει νῦν, 3.
ὅτι τὸ τῆς οὐσίας τάττοντας πλῆθος, προσήκει καὶ τῶν τέκνων τὸ πλῆθος τάττειν. Non oportet hoc qvoq; ignorare eos, qvi tales leges ferunt, qvod nunc ignoratur, eos, qvi facultatum magnitudinem præfiniunt, etiam liberorum numerum præfinire debere.

*Pergit hic Ariſtoteles argumenta colligere in commodorum, quæ ex* v. P. Vict.
*hac Phaleæ Republ. proveniunt; & ſunt, 1. illud, quod huic aphoriſmo* p. m. 118.
*incluſimus. Nihil enim prodeſt æquatio bonorum, ſi non etiam ſimul de-* v. Scherb.
*finiatur numerus civium & filiorum, quam definitionem Phaleas omiſit.* p. 54.
*Lex enim aut ſemetipſam tollit, aut paupertas erit in civitate, ibi.* ἐὰν γὰρ ὑπεραίρῃ τῆς οὐσίας τὸ μέγεθος ὁ τῶν τέκνων ἀριθμός, ἀνάγκη τίν γε νόμον λύεσθαι, καὶ χωρὶς τῆς λύσεως φαῦλον. Τὸ πολλὺς ἐκ πλυσίων γίνεσθαι πένητας. *Rationē addit: Difficile enim eſt tales homines res novas non moliri non intelligit hic omnes pauperes, ſed ex divitibus pauperes effectos, Græca ita ſonant:* ἔργον γὰρ μὴ νεωτεροποιὺς εἶναι τὺς τοιύτυς, *Aſſueti enim largè & copioſè vivere, non poſſunt pati tantam vitæ commutationem, atq; in mediam flammam ſæpe ſeſe conjiciunt, vel malo veneno vitæ ſtamen præcidunt. Hæc autem ita evenire optimè ii*
*qui bonis cedunt, vulgo Bancocorruptores dicti* Banckerotmacher/ *ſæpi-* v. L. 263.
*uſcule ſuis exemplis comprobant, dum facultatibus lapſi, nova conſilia,* ff. de V. S. I
*eaq; doloſa & pernitioſa, Regibus & Principibus ſuggerunt, inde compenſationem præteriti damni indepturi, ſed futurum collo impendere non animadvertunt. Hic locus exemplis veteribus & novis illuſtrari poſſet, ſi occaſio ferret qvære modo ex Lubecenſibus & Hamburgenſibus mercatoribus, hi non minimis qverelis ſuos annuos veſpertiliones onerabunt.* Die ein Banckſchen machen von 1. 2. ja wol 3. oder 4. Tonnen Goldes

*Æqvatio itaq; bonorum ad conſervandam Rempubl. qvidem prodeſt,*
*ſed ita ſi modus ſit præſcriptus divitiarum & paupertatis: & hoc etiam* v. P. Vict.
*nonnullos ex veteribus intellexiſſe, ut Solonem, hic refert, nec Phaleam,* p. 119. Cam
*aut Platonem primos hoc vidiſſe. Deinde apud alios, inqvit, lex lata* p. m. 89.
*eſt, qva*

*eſt, qvæ vetat tantum agri comparare, qvantum qvisq; velit. Itemq; Rem ſuam familiarem vendere leges vetant: qvemadmodum apud Locros lex ſancita eſt, ne qvis patrimonium ſuum vendat, niſi manifeſtam calamitatem ſibi oſtendat accidiſſe. Præterea vero jubet patrimonia hereditaria antiqva, qvæ cuiq; ſortitione facta (per κλῆρον hinc κληροῦχοι, qvi agros*
*v. L. 23. ff. de R. I.* *illos petebant Cic. Agripetæ, agrarii) obvenerunt, ſervari. Hoc autem Leucade convulſum ac ſublatum, Leucadiorum Rempubl. nimis popularem reddidit. ibi in textu:* Διότι μὲν οὖν ἔχει τινα δύναμιν εἰς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν ἡ τῆς οὐσίας ὁμαλότης, καὶ δημοτικὴν ἐποίησε λίαν τὴν πολιτείαν αὐτῶν. *Hinc 2. vult dicere: Nō præfinis neq; addis, qvantū cives habere debebant bonorū, ne vel laborioſè & miſerè,* ὥστε ζῆν γλιχερῶς*; vel luxurioſè & delicatè vivant,* ὥστε τρυφᾶν. *Bona ſunt definienda ad uſus civiles, ut videlicet cives poſſint non ſolùm vivere temperanter, ſed etiam liberaliter, cùm in pauperibus ſublevandis, tum in liberaliter amicis tractandis, qvare dicit* τὸ μέσου στοχαστέον*, metaph. deſumpta ab iis qvi jaculum in ſcopum collimant, hic modus redditur latinè. 3. ex neglectâ diſciplinâ, qvæ multiplex eſt, nec à Phaleâ definita, uti per* ἀντίθεσιν *Phaleæ occurrit: ibi:* εἴ τις τὴν μετρίαν τάξειεν οὐσίαν πᾶσιν, οὐδὲν ὄφελος· μᾶλλον γὰρ δεῖ τὰς ἐπιθυμίας ὁμαλίζειν, ἢ τὰς οὐσίας. τοῦτο δ' οὐκ

*Locus de moderandis voluptatibus.*

ἔστι μὴ παιδευομένοις ἱκανοῖς ἐπὶ τῶν νόμων *&c. Sic Spartani nunqvam fuerunt avari qvia ab initio ita erant educati: ſed ambitio ſemper apud illos fuit; ut nec Romani, qvi contempſerunt vaſa illa aurea, & auri pondera Samnitum.*

4. Ἔτι στασιάζουσι οὐ μόνον διὰ τὴν ἀνισότητα, τῆς κτήσεως ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν τιμῶν. Τοὐναντίον δὲ περὶ ἑκάτερον; **Præterea ſeditionem ſolent facere cives propter inæqvalitatem, non ſolum bonorum, verum etiam honorum; ſed contrario utrumqꝫ modo.**

*Hic ſeqvitur 4. incommodum, qvod provenit ex eô, qvod rationem honores diſtribuendi prætermiſerit, qvorum tamen ingenium hominis naturâ eſt cupidiſſimum. Plures naſcuntur ſeditiones ex ambitione ſ. nimio honorum ſtudio, qvàm ex avaritia. Nobiles viri proportione Geometrica volunt diſtribui honores, vulgus verò Arithmeticâ æqvalitate, qvod*

*non*

non poteſt ferre generoſa natura, qvod probat ex vulgari dicto: ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός: improbus atqve bonus pari afficiuntur honore. Itaq; in honoribus diſtribuendis habenda eſt dignitas perſonæ, & proportio obſervanda eſt Geometrica: Arithmetica. i. in commerciis & contractibus, ubi videlicet res cum re æſtimatur. Sed qvomodo hæc obſerventur præſenti tempore, lubens prætermitto. V. Arguit eum aliorum prætermiſſorum, qvia non tollatur occaſio injuſtitiæ, ex æqvãdis ad uſum vitæ neceſſarium bonis, qvod etiam cupiditates jucundæ vitæ impellant homines ad injuſtitiam: ibi: οὐ μόνον δ' ἄνθρωποι. Enumerat inſuper ad meliorem rei intelligentiam tria hominum injuſtorum genera: Unum eorum, qvi eripiunt aut detrahunt id, qvo ipſi ad neceſſarium cultum victumve indigent, ne eſuriant aut algeant: ὥστε μὴ λωποδυτεῖν διὰ τὸ ῥιγοῦν, ἢ πεινῆν: qvibus occurrere poteſt æqvalitate bonorum. Alterum qvi injurioſi ſunt in cupiditate non neceſſariarum rerum, qvæ emergit ex perverſitate ingenii & perverſa educatione Ut ſi qvis habeat qvidem unde vitam ſuſtentet, ſed cupiat vivere delicatè, tunc oriuntur Catilinæ, ibi in textu: ἀλλὰ καὶ ὅπως χαίρωσι, usq; ἀδικήσουσιν. Huic malo non medetur bonorum æqvatio. Huic enim cupiditati ut medicinã faciant: i. e. dum obſeqvuntur, aliis non dubitant injuriam inferre. Tertium genus eſt abundare qværentium, & circumfluere voluptatibus, ut undiq; omnes moleſtiæ abſint; hæc ſanè non eſt naturalis ſed inanis qvædam cupiditas. Et hinc fiunt Tyranni & homines injurioſiſſimi, in qvibus omnis injuſtitiæ idea qvædam relucet, ibi in textu: οὐ τοίνυν &c. His a. omnibus autor noſter certa remedia præſcribit qvando dicit; τί οὖν ἄκος τῶν τριῶν τούτων; τοῖς μὲν οὐσία βραχεῖα καὶ ἐργασία. qvod prius Phaleas etiam expendit, altera duo, qvæ ſeqvuntur, neglexit. 2. τοῖς δὲ σωφροσύνη: i.e. temperãtia atq; frugalitate, nec min9 bona educatione domandi ſint. 3. τρίτον δ' εἴτινες βούλοιντο δι' αὑτῶν χαίρειν, οὐκ ἂν ἐπιζητοῖεν, εἰ μὴ παρὰ φιλοσοφίας ἄκος, αἱ γὰρ ἄλλαι ἀνθρώπων δέονται. Hic tertio malo medetur Philoſophia, qvæ ſuppeditat, αὐτάρκειαν & vacationem à doloribus, ac ſinceriſſimas voluptates qvas Tyranni deſiderant. Qvinimo addit maximarum injuriarum cauſam dare, non rerum neceſſariarum cupiditatem, ſed appetitionem eorum, qvæ ſunt in eo qvod nimium dicitur, modum, qvi eſt mediocritatis ſuperans. Hic non

Hom. Id. i. Qvæſt.

Cam. p. 80

*ignorandum, qvod iis qvi tyrannum occidiſſent, in Græcis civitatibus præmia fuerint propoſita, & honoris cauſa* τυραννοκτόνοι *appellati, incuſat itaq; non immerito Phaleã tanquã ꝯtra injurias Tyrannorũ nullũ remediũ adhibentem, ibi:* ἐπεὶ ἀδικοῦσι, ὥστε διὸ καὶ αἱ τιμαὶ μεγάλαι, ἂν ἀποκτείνῃ τις οὐ κλέπτην ἀλλὰ τύραννον. *VI. Erratum eſt, qvod Phaleas omiſerit illum reſpectum qvi eſt ad externa pericula, cum ille de intrinſecis tantum ſollicitus fuerit: Modus eſt enim adhibendus ut Respubl. tantum*

*Vid. P. Victor. p. 124.* *poſſideat, qvantum ſatis eſt. ibi:* δεῖ δὲ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας, καὶ τοὺς ἔξωθεν πάντας, ὥστε περὶ ἧς ἐκεῖνος οὐδὲν εἴρηκεν. *Addit hiſce duplicem in Republ. divitiarum uſum. Nec enim cives in Republ. tàm tenuium debent eſſe facultatum, ut ad pares vindicandos exercitum alere neqveãt, nec committendũ etiam, ut nimiæ in urbe ſint divitiæ, qvæ potentiores ad opprimendam eam incitent, ibi:* δεῖ γὰρ οὐ μόνον πρὸς τὰς πολιτικὰς χρήσεις ἱκανὴν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν κινδύνους, *hinc ſeqvitur qvod modo diximus, in copiarum modo duo perpendenda ne nimiæ, nec parvæ.* διόπερ οὔτε τοσοῦτον δεῖ πλῆθος ὑπάρχειν, ὥστε ἐκεῖνος μὲν ἐν οὐδὲν διώρικε. *His ita dictis, concludit tandem, magnas opes eſſe utiles tàm ad civiles ſocietates, qvàm ad externa pericula propulſanda* δεῖ δὲ τοῦτο μὴ λανθάνειν, ὅτι συμφέρει πλῆθος οὐσίας, *ſecundum illud Poëtæ:* ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν. *Introducit illuſtre exemplum, qvo jam dicta confirmare nititur, videlicet Eubuli qvi Autophradati Atarneæ obſidere molienti ſvaſit, ut temporis illius, ſumptuumq; qvos in urbe capiendâ conſumpturus eſſet rationem haberet, ſimulq; perpenderet ſe tantum non ex urbis deditione recuperaturum: Hoc*

*Vid. Cam. p. 90. 91.* *conſilio ſatis callido, cum aliter ſibi proſpicere non poterat, hoſtem depulit, ibi* οἷον Εὔβουλος *&c.*

*Vict. p. 125.* Οἱ χαρίεντες ἀγανακτοῖεν ἂν ὡς οὐκ ἴσων ὄντες ἄξιοι: **Politi**

4\. **& virtute aliqvâ ornati homines hoc indigne ferant, & qverantur, qvaſi digni ſint bonis amplioribus non æqvalibus.**

*Hic in fine cap. adhuc alias duas argumentationes proponit, qvarum prima de honoribus, qvod non habuerit ullam rationem honorum ab ingenio, hominum politiorũ, ubi retexit, quæ ſupra texuit, & ab improbo*

*ſtudio*

ſtudio hominum plebeiorum, in qvibus cupiditas augeſcit ſemper, unde injuriæ & ambitio naſcitur. ἡ πονηρία, inqvit, τῶν ἀνθρώπων ἄπληστον imò ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος. ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν. Ἄπειρος ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις, hic notabis locum communem ab inexplebili cupiditate hominum. Hinc Theognis: οὔτε γὰρ ἂν πλούτου θυμὸν ὑπερκορέσαις. Hanc vim Ariſtoteles ſenſit & intellexit, cauſam autem & remedium ſanandæ ejus non intellexit: hoc enim ſolus alter Adam, ſecundus ille & cæleſtis, cognoſcit & affert. Interim ſua etiam Ariſtoteles addidit remedia, diſciplinam ſcilicet, & inſtitutionem: Hanc rurſum facit duplicem: alteram leviorem, qvâ qvi meliore nati ſunt ingenio, natura duce, & virtutum aſſvefactione, ne nimias cæterorum per fallaciam ac fraudem affectent opes, inducuntur. (Et hoc eſt remedium civile, non autem illud Spirituale, qvod intus pectora à pravis cupiditatibus repurgat:) alteram autem graviorem ſeveriorem ſcil. vim legum & Magiſtratuum, qva improbi etiam ne poſſint cum aliorum injuria opes augere, coercentur: ibi: τὸ οὖν τοιούτων κτλ. μὴ ἀδικῶν). Duas inſuper res affert, qvibus improbi poſſint retineri in officio. Una eſt, ut in infima ſerventur conditione, neq; ad honores tollantur ſecundum Æſchinem: πονηρὰ φύσις μεγάλης ἐξουσίας λαβομένη, μεγάλας ἀπεργάζεται συμφοράς: Altera ſi, ne lædantur, per Magiſtratum caveatur, ne injuriis provocati, violare viciſſim ſtudeant. Hæc medicina Rebuspubl. annotanda. Culpat præterea Phaleam eo, quod non omnium bonorum æqvationem ſtatuerit, indeq; negligentiæ & oſcitantiæ reum agit; hinc ex disjunctione colligit bonorum æqvationem non fuiſſe inſtituendam. 2. de Servis, ubi taxat demum inſtitutionem, qvàm de artificum victu & vivendi ratione Phaleas tradidit, ibi: ἔστι καὶ ἡ δούλων κτλ. ad finem capitis. De Epidamniorum autem & Diophanti conſtitutione pertinente ad publicam officinam, nihil habeo qvod ſcribam. Hoc autem per ſe conſtat illum publicos ſervos voluiſſe eſſe mancipia publica, bello capta ſive empta. Tunc enim ſi ſervi ſe incipiant numerare, væ vobis, uti Seneca ait, præſertim ſi ſint notati certis ſignis & veſtibus induti: Nam ſi major ſit numerus ſervorum, qvàm civium facile poteſt Reſpubl. à peſſimis illis nebulonibus opprimi. Leges itaq; ſunt accommodandæ Reipubl. non Reſpubl. legibus. Epidamnus autem Illyridis urbs fuit, qvæ poſtea Dirrachium vocam eſt.

Ar. 3. Eth.

Æſchines.

v. Scherb. p. 27.

Seneca.

Vict. p. 127

# CAPUT VIII.

## *Ab Hippodamo Mileſio propoſitam Reipubl. Ideam perpendit.*

1. Ἱππόδαμος κατεσκεύαζε τὴν πόλιν, τῷ πλήθει μὲν μυριάνδρον, εἰς τρία δὲ μέρη διῃρημένην. Ἐποίει γὰρ ἓν μὲν μέρος τεχνίτας. ἓν δὲ γεωργοὺς, τρίτον δὲ τὸ προπολεμοῦν, καὶ τὰ ὅπλα ἔχον: Hippodamus civitatem ita componebat, ut ex decem millibus numero hominum conſtaret, in tres verò partes eſſet diviſa. Unam porro partem conſtituebat ex artificibus, alteram ex agricolis, tertiam ex propugnatoribus & arma gerentibus.

*Aggreditur nunc Hippodami Rempubl. perpendere, eodem conſilio, qvo Phaleæ ſtatum civitatis examinavit. Anteqvam autem attingat ipſam, paucis, qvis Hippodamus fuerit, qvod nam ipſius vitæ genus, qvi mores, enarrat. Fuit autem Hippodamus Mileſius Philoſophus, vir magni ingenii, ſummus architectus, ſed non exercitatus in Republ. uti Plato & Ariſtoteles. Hic invenit urbium ædificationem & diſtinctionem, ſic enim loqvitur textus:* Ἱππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, *ideoq; in ſua arte non parvam gloriam adeptus eſt. Multum n. refert urbem aliqvam diſpoſitè eſſe ædificatam, ut videlicet Domus in eâ æqvaliter ſint ædificatæ, viæ itineraq; publica optimè diſtincta, ita ut ubiq; ferè qvadrivium ſit, ut Scherbius affirmat, exemplum exhibet Vratislaviam, Florentiã in Italiâ: qvibus Lovanium in Brabantiâ, Coloniam etiam Agrippinæ addes. De vitâ inſuper & moribus non pauca narrat. Magnum autem hujus Hippodami fuiſſe nomen, inde patet, qvod qvicunq; Græcum confecerint* Λεξικὸν, *ex veteribus Grammaticis, ejus meminerint, ut Svidas, Harpocration, Heſychius.* (vid. Pet. Vict. p. 127) *Poſtea arguit eum* φιλοτιμίας, *& qvemadmodũ in aliis plus viderat cæteris, ita in reliqva vita ab inſtitutis aliorũ diſceſſit, conatus enim ſemper aliqvid eximii in ſe præ cæteros habere, ut ex textu ad aphoriſmum noſtrum usq; patet. Fuit autem ſtudium ejus in omnibus honeſtis artibus laudem aucupandi. Poſtqvam autem de vita & moribus ejusdem accuratè diſputavit, incipit de civitate ipſius, legibusq; diſſertare: Voluit autem 1. in civitate eſſe decem millia ci-*

*lia civium, ſi numerus civium in urbe nimis auctus ſit, fit ut ipſi ſe invicem non norint, qvæ poteſt eſſe inter ipſos amicitia. Numerus tamen non nimis parvus qvoq; eſſe debet, alioqvin hoſtibus non poterunt reſiſtere. 2. Dividit cives in agricolas, opifices & propugnatores ſeu milites. Hos putavit omnes cives. Sed verè civis eſt penes qvem* τὸ κύριον *eſt in Republ. qvi compos ſeu particeps publicæ poteſtatis, ſi non re & actu, ſaltem potentiâ. Cæteri ſupplementum potius ſunt civitatis, qvam cives. Et licet qvidẽ cives vocentur, hoc tamen fit magis* ἀπάτης χάριν, zum Schein ὀστώσεως χάριν, *dicis gratia. Eſt Sophiſma Politicum.* Ein Speckſlein durchs Maul gezogen. *3. Omnem agrum in 3. partes diviſit, ibi:* διῄρει εἰς τρία μέρη τὴν χώραν, τὴν μὲν ἱερὰν, τὴν δὲ δημοσίαν, τὴν δ' ἰδίαν *qvæ ſingula ulterius ibidem explicata invenies. 4. Exiſtimavit tantum tria legum genera eſſe debere, qvam partitionem ſumpſit ex judiciorum diſtinctione, qvæ tribus de rebus fieri ſolent, & qvia tria ſunt genera injuriarum:* Am Leibe/ Ehr und Gut/ *ibi:* ᾤετο δ' εἴδη καὶ τῶν νόμων εἶναι τρία μόνον. περὶ ὧν γὰρ αἱ δίκαι γίνονται, τρία ταῦτ' εἶναι τὸν ἀριθμὸν, ὕβριν, βλάβην, θάνατον: *i.e. contumeliã qvæ fit verbis, damnũ in facultatibus, mortẽ in corporis violatione 5. Conſtituit judicium Provinciale, penes qvod dictæ leges erant, ibi:* ἐνομοθέτει δικαστήριον ἓν τὸ κύριον, εἰς ὃ πάσας ἀνάγεσθαι δεῖν τὰς μὴ καλῶς κεκρίσθαι δοκούσας δίκας. Da würden alle Schelmiſche Vrtheil *revidiret. Hoc autem judicium non conſiſtebat ex aſinis rerum forenſium imperitis, ſ. lucripetis, ſed ſenibus ſelectis* (Die nicht durch Practicken dazu kommen waren/) *uſu rerum valentibus, in qvibus cupiditates jam deferbuerant.* τοῦτο δὲ κατεσκεύαζεν ἐκ τινῶν γερόντων αἱρετῶν. *V. Modus ac ratio judicandi traditur.* τὰς δὲ κρίσεις ἐν τοῖς δικαστηρίοις οὐ διὰ ψηφοφορίας ᾤετο γίνεσθαι δεῖν. (ψηφοφορία *indicat calculis conjectis ſententiæ Declarationem. Hic fuit & alibi & Athenis olim mos. Pollux ſcribit primum in uſu fuiſſe marinas conchas, poſtea æreos calculos, etiã* σπονδύλους *appellatos.) Nigri autem & perforati damnabant, albi & integri abſolvebant. Pro his legem tabellariam Hippodamus introduxit. Eodem modo Romani habuerunt tabellas, qvibus ſi reum abſolvendum judicarent, A, ſi condemnandum, C, ſi cauſa non ſatis liqveret N. C. ſcriberent; fuerunt autem poſtea improbatæ) usq;* ἢ ταῦτα ἢ ταῦτα δικάζοντας *VI. Introduxit remunerationem bene meritorum, ibi:*

*Vid. cum ipſis Borrh p. 114.*

*Cic. 3. de LL. in lib. de amicit. & Bruto.*

pr. I. D. Excuſat. ἐτίθει δὲ νόμον περὶ τῶν εὑρισκόντων τι τῇ πόλει συμφέρον ὅπως τυγχάνωσι τιμῆς. 7. *Inſtituit ut liberi, qvorum parentes pro patria occubuiſſent, publicè alerentur:* καὶ τοῖς παισὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτώντων ἐκ δημοσίου γίνεσθαι τὴν τροφήν, *qvod idem apud Athenienſes fuerit inſtitutum, ex hiſtoria patet.* 8. *Ut comitia ex his 10000. fierent, Magiſtratus eligerentur.* τοὺς δ᾽ ἄρχοντας αἱρετοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου εἶναι πάντας. *Subjungit Magiſtratus officium, qvod in lege Moſaicâ ſimiliter expreſſum, & ita capita & ſummam inſtitutionis Hippodami refutat.*

Thucyd. lib. 2.

2. Ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις πρῶτον μὲν τὴν διαίρεσιν τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν &c. Vocare autem in dubium poſſet aliqvis, primùm qvidem civium multitudinis partitionem.

*Cum omnem ferè ordinem Hippodami Reipub. explicuiſſet, nunc exponit quid in illis vitij reprehenderit; quapropter tria imprimis in illo oppugat. 1. Primum notat reprehendendo diſtributionem totius civitatis in illos tres ordines, & primum quidem ita: Hac ratione una tantum erit pars civitatis, propugnatores ſcilicet, cum hi tantum arma tractent.*

v. Scherb. p. m. 60. *Illi enim qui non habent, in horum erunt poteſtate. Si itaq; ſervi ſunt, quomodo igitur ſocij civitatis, ex repugnantibus, additâ definitione civis, declarat, ibi:* οἱ γὰρ τεχνῖται &c. *Addit autem quod hi, cum viderint ſe negligi, inſuper ſint habituri Remp. probat idem Enthymemate* παθητικῶς, *ex pravâ naturâ dilectionis ſui contexto, quæ ſuas res charas habeat, alienas non curet,* πῶς οἷόν τε φιλικῶς ἔχειν πρὸς τὴν πολιτείαν; *Dehinc refellit ordinem Agricolarum, ibi:* ἔτι οἱ γεωργοὶ τί χρήσιμοι τῇ πόλει: *tractat autem refutationem per collationem. Hinc poteſt quæri?*

Quæſt. *1. An opifices neceſſarij civitatibus? R.* Πᾶσα γὰρ δεῖται πόλις τεχνιτῶν. *2. An ruſtici in partibus civitatis numerandi? Aff.* Οἱ δὲ γεωργοί, πορίζοντες τὴν τροφήν, εὐλόγως ἂν ἦσάν τι τῆς πόλεως μέρος.

Quæſt.

Vid. Vict. p. m. 132. *Tres deincept modos colendorum agrorum commemorat, quos ſingulos reprehendit, ibi:* νῦν ἰδίαν ἑκάτερος ταῦτα δὴ πολλὴν ἔχει ταραχήν. *2. Hippodami legem de judiciis duobus argumentis carpit, ibi:* οὐ καλῶς δ᾽ οὐδὲ περὶ τῆς κρίσεως ἔχει ὁ νόμος. *1. Quod confuderit judices & arbitros, cum ſint diverſa illorum officia. Judex non confert cum alio ſenten-*

*ſententias, ſed ex animi ſenſu judicat. Arbiter qui ex compromiſſo conſtituitur, cum altero ſententias confert. Rejicimus itaq; hic D. Thomæ ſententiam, qui non ſolum privatim ſed & publicè in curia conſilia communicari poſſe, arbitratus eſt. Nam perſpicuè ex textu apparet, illum voluiſſe ſedilia ipſorum ita ædificari, ut ſi vellent capita conferre, non poſſent, ita enim loquitur:* ἐν γὰρ τοῖς δικαστηρίοις οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτῳ τῶν νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν, ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους. *2. Certiſſimam inde ſententiarum confuſionem & perturbationem exorituram, ibi:* ἔπειτα πῶς, *usq;* τῶν ψήφων. *Rationem ibidem ob quam Hippodamus hanc legem tulit, ſimiliter elevat, ibi:* ἔτι δ' οὐδεὶς *usq;* ὀφείλειν τοὺς εὐορκοῦντας. *Obſervandum & hic, quod Athenis judices judicium laturi, ita jurarint.* ψηφιοῦμαι δικαιό- κατὰ τοὺς νόμους, *i. e. Volo juſtam ferrè ſententiam ſecundum leges, utinã & noſtrates idem præſtarent, & obſervarent! 3. Refellit legem de conſtituendis bene de Republ. meritis præmiis, quæ etſi primâ fronte* ὡς ὀφθαλμὸς *ſ.* ὡς πρόσωπον, *antea n. hac voce uſus eſt, videatur, invidiæ nihilominus tamen & calumniis eſt obnoxia.* Ἔχει γὰρ συκοφαντίας καὶ κινήσεις πολιτείας. *Ita enim inter nos comparatum eſt, ut quotiescunq; res nobis proſpere ſuccedant, odia, ſeditiones, quæ ſunt peſtes Reipubl. naſcantur. Cæterum hic alia implicita eſt quæſtio de patriis legibus, ad quam per digreſſionem diſputationem, accommodat, h. m. Anne liceat patrias leges* (κινεῖν) *tollere? vel ita: Utrum latas leges abrogandi ſurrogatione novarum, quæ meliores putentur, poteſtas concedenda ſit, imò præmia mutantibus concedenda? De hac quæſtione Ariſtoteles, more conſueto ultro citroq;, veritatem inveniendi causâ, diſputat, primum affirmat, poſtea negat, demum concludit, Affirmantem primum 4. argumentis, quibus tanquam Scipione eburneo niteretur inſtruit. 1. ductum eſt à genere & pari, puta ſimilitudine cæterarum artium & facultatum. In aliis enim ſcientiis hoc prodeſt. Quod in Repub. vel hac ſcientia ſunt leges hoc in aliis ſunt præcepta. At res paulatim creſcunt & incrementum ſumunt. Ita & leges: ita Noribergenſes leges de pupillis à Venetis accepiſſe, mutatis ſuis. Fregius videatur in l. 2. D. Qui pet. tut.*

*Ibi in textu:* ἐμπίπτει δ' εἰς ἄλλο πρόβλημα καὶ σκέψιν ἑτέραν. *(Hic ſcias quod* πρόβλημα *à theſi & propoſitione Dialectica longum differat, rectè itaq; Ariſtoteles problema dixit, de quo quid ſit, inter diſputan-*

*dum*

*D. Thomas*

*Quæſt.*

*Athenienſium judicum juramentum.*

*Quæſt.*

*P. Victor. p. m. 1311.*

*Scherb. p. m. 61.*

*Ariſtot. 1. Top. c. 11. §. 1.*

dum poteſt quæri) ἀποροῦσι γάρ τινες πότερον βλαβερὸν, ἢ συμφέρον ταῖς πόλεσι τὸ κινεῖν τοὺς πατρίους νόμους, ἢ τις ἄλλος βελτίων; Poſtea addit καὶ δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι τὸ κινεῖν, exemplum præterea medicinæ & Gymnaſticæ adducit, & de cæteris omnibus idem inductione ſtatuit; Quoniam itaq; Politicâ ſub una earundem continetur, idem eidem accidet.

Vict.p.136. v. Scherb. p.62. 2. Ab eventu & ſtultitiâ, barbarieq; antiquarum legum ducitur, diciturq; ſignum σημεῖον in textu, indicio enim horum & agreſtium inſtitutorum, de cæteris cunctis, tanquam erroribus ſcatentibus judicatur. E. mutandæ leges ſunt inutiles. Barbarum inſtitutum hic vocat Ariſtoteles 1. tempore pacis arma vel gladios geſtare, quod rectè mutarunt omnium primi Athenienſes, 2. Uxores à parentibus pretio ſoluto, tanquam ancillarũ loco, nõ conjugum illas habituri, emere. De hoc autẽ inſtituto, apud Poetas Tragicos maximè agitur, meminit etiã Homerus eorum, quæ quaſi in mercatu nuptiarum impenduntur, cui & ἀλφεσίβοιαι virgines ſunt formoſæ, à copia boum quibus veluti emerentur nuptiæ earum. Errat autem & hallucinatur interpres, qui ferrum ad venditorem pro uxore emendâ emptorem portaſſe falsò putavit, inductus verbo ἐσιδηροφοροῦντο, quod potius ſignat antiquos Græcos omnes arma geſtare ſolitos. Ratione hujus textus quæro: An liceat cuivis ſtudioſo geſtare gladium? N. ſtulta & ſtolida etiam fuit lex Cumana de cæde, imò planè mutilis: ἐν Κύμῃ περὶ τὰ φονικὰ νόμος ἐστὶ, ἂν πλῆθός τι παράσχηται μαρτύρων, ὁ διώκων τὸν φόνον, τῶν αὑτοῦ συγγενῶν, ἔνοχον εἶναι τῷ φόνῳ τὸν φεύγοντα. Cui autem non ſuſpecta ſunt cognatorum teſtimonia; Ideo ICti tales teſtes interrogari prohibuerunt. 3. A ſummo fine ſeu ſcopo legum, ſive à ſtudio & deſiderio mortalium, ibi: ζητοῦσι δὲ ὅλως οὐ τὸ πάτριον, ἀλλὰ τἀγαθὸν πάντες. Omnes enim hoc quærunt, quod ſibi utile, quod ſibi bono eſſe conducereq; arbitrantur, non inveſtigant quid patrium aut à majoribꝰ receptum. 4. Ab imprudentiâ primorum hominũ, ibi: εἰκός τε τοὺς πρώτους. V. A materiâ legum, quæ ſunt actiones hominum, quæ ſanè infinitè va- r ... : facile enim homines ex legibus calumniandi anſam arripiunt, inq; e... m fraudem nulla non moliuntur, eſt enim in finibꝰ circumſtantiarum acceſſus & receſſus. E. C. Leges ſumptuariæ Kleider- und Koſtordnung/ ſæpe per maltiam hominum mutantur. At res propriè ſic dictæ verſantur in ſingularibus, in uſu ſcilicet, non vero in præceptis. Sunt enim hæc univerſalia.

Thucyd. in præc.

Quæſt.

Scherb. p.62. v. Victor. p.137. Cam p.94. Plat. 2. d. Leg. γηγενεῖς terræ filii i.e. imperiti, rudes.

*verſalia. Doceo enim univerſè ita vel ita eſt curanda febris. Ita etiam leges in actionibus ut ſingularibus verſantur, cum tamen ipſæ ſint univerſales. Utitur autem ſimili in textu: ὥσπερ καὶ αἱ δὲ πράξεις περὶ τῶν καθ' ἕκαστόν εἰσιν. Hinc concludit leges eſſe mutandas. Poſthæc inſtruit negantem, qvi in alteram partem diſputat, & qvidem argumento firmiſſimo, & ex principiis, natura ſcil. legis deducto utitur. Qvare autem unum argumentum pro veriori ſententia adducat, ratio hæc eſt: Deteriorem cauſam ſæpe verboſiorem eſſe, contra bonam parcam & paucis contentam, ibi: ἄλλον δὲ τρόπον, ubi poſtea elegans ſententia notanda occurrit. Ὅταν ᾖ τὸ μὲν βέλτιον μικρὸν, τὸ δ' ἐθίζειν εὐχερῶς λύειν τοὺς νόμους φαῦλον, φανερὸν ὡς ἐατέον ἐνίας ἁμαρτίας καὶ τῶν νομοθετῶν καὶ τῶν ἀρχόντων. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσεται κινήσας, ὅσον βλαβήσεται τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθεῖν ἐθισθείς. Addatur hic ritus Locrenſium, commotiones Ruſticanæ & Monaſterienſium. Demum diſſolvit rationem ab artibus deductam per diſſimile, ibi: ψεῦδος δὲ καὶ δύναμιν. Ultimò aliam quæſtionem ex priori texit, ut ſi demus eſſe mutandas, utrum & omnes, & in omni Reipubl. adminiſtrandæ formâ, nec ne? & utrum à qvolibet mutandæ, an à qvibusdam? ſed præteritione in alium locum hanc rejicit, & JCtis ventilandam relinqvit.*

*Adde Scherb. p. 63.*

*v. L. 2. ff. de conſtit. Princ.*

## CAPUT IX.

### *In hoc capite Lacedæmoniorum & Cretenſium Reſpubl. examinat.*

Περὶ πασῶν τῶν Πολιτειῶν, δύο εἰσὶν αἱ σκέψεις. Μία μὲν, εἴ τι καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, πρὸς τὴν ἀρίστην νενομοθέτηται τάξιν. ἑτέρα δὲ εἴ τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν τρόπον, ὑπεναντίως τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας: In omnibus Rebuspubl. duo ſunt conſideranda; qvorum unum eſt, ſitne aliqvid in eis rectè, an ſecus ad optimam Reipubl. adminiſtrandæ deſcriptionem, legibus conſtitutum: alterum ſitne aliqvid, ſpectato Reipubl. propoſito & modo, ita conſtitutum, ut repugnet ei Reipubl. admiſtrandæ formæ, qvam ſibi propoſuerunt.

*Poſtqvam Ariſtoteles de fictis à Doctis Rebuspubl. abundè egit, imò qvod in iis vitii demonſtravit, nunc eodem pacto eas, qvæ revera exiſtebant,*

v. Scherb. bunt, & in laudatorum populorum uſu poſitæ erant, ut 1. Spartanâ ſ. Lacedæmoniorum,
p. 64. 2. Cretenſium, 3. Carthaginenſium, 4. Athenienſium, examinandas ſumit. Duo autem jam dicta in aphoriſmo: in qvalibet maximè eſſe conſideranda; finis enim legum is eſt, ut optimus ſit Reipubl. ſtatus. Primum ergò Ariſtoteles, qvædam qvæ ad materiam pertinent, examinat. Materia Reipubl. eſt domus, ut in priori diſſ. ex c. 3. & 4. monuimus, in qvâ hæ qvatuor partes ſunt, conſiderandæ 1. Dominus & ſervus 2. Maritus & uxor 3. Pater & filius 4. Res familiaris. Poſtea ad formam deſcendit, nempe Magiſtratus, Reges, Ephoros & 23. ſenatores. Qvod au-
v. Cic. lib. 1 tem attinet, 1. ad ſervum & herum inter omnes convenit, eum, qvi Rem-
& 2. offic. publ. inſtituit, curare debere ut cives, qvi debent eſſe compotes Reipubl. vacent ab operibus ſordidis, ut Agriculturâ &c. Debent enim qvi Reip. inſerviunt, toto animo dediti eſſe honeſto: ſed opifices & alii magis intenti ſunt utili. Et honeſtum & utile bonum qvoddam eſt, ſed hoc expetendum eſt propter aliud, illud verò per ſe & propter ſe. Verum Ariſtoteles ex jam memoratâ hypotheſi, Theſſalorum & Lacedæmoniorum Rempubl. reprehendit, qvia Legislator & qvædam debet docere, qvod agant in pace ne bellis civilibus ſeipſos conficiant. ibi in textu: ὅτι μὲν οὖν, ὡς καὶ Μάγνησιν. οἱ εἵλωτες erant devicti à Lacedæmonibus, & illi erant proprii ſervi, qvi duriſſimè tractabantur, ſordidiſſimas artes omnes cogebantur facere, erant buſtrigoſi. Sed hoc non benè erat inſtitutum. Nam illi qvantum potuerunt adverſis, Lacedæmoniorum caſibus, inſidiabantur.
v. Victor. ὥσπερ ἐφεδρεύοντες τοῖς ἀτυχήμασι διατελοῦσι. Cretenſibus autem
p. 140. qvod nihil tale acciderit, cauſa eſt qvia fuit Inſula, & qvælibet Reſpubl. habet ſuos ſervos. Annectit porro ſervorum qvales Lacedæmonii aluerunt, difficilem curam fuiſſe, qvod aſtruit argumento ex diviſione 1. pars diviſionis, ibi: ἀνιέμενοί τε ὑβρίζουσι, καὶ τῶν ἴσων ἀξιοῦσιν ἑαυτοὺς τοῖς κυρίοις 2. κακοπαθῶς ζῶντες, ἐπιβουλεύουσι, καὶ μισοῦσι. Concludit
Athenæus itaq; qvod illi qvi in hæc mala propter Ilotiam incidunt, non elegerint
lib. 6. optimam Reipubl. formam. De ſervitiorum diverſis generibus, vid Athe-
Plato 3. næum, qvi copioſam eorum, ut & nominum explicationem tradit.
do LL. De Lacedæmoniorum autem & Argivorum Meſſeniorumq; civita-
Pauſanias tibus, vid. Platonem. De bellis verò geſtis cum Meſſeniis, & deinde Arca-
in Meſſen. dibus, deq; Argivorum inimicitiis, Pauſaniæ narrationes in medio ſunt,
Herodotus itemq; Herodoti. 2. Qvod ad virum & uxorem; taxat Reipubl. Lacedæ-
Cam. p. 95. moniorum

moniorum ſtatum à mulierum licentia: ἔτι δ' inqvit, ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἄνεσις, καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν τῆς Πολιτείας βλαβερὰ, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως. Hanc autem licentiam & inſolentiam mulierum duabus rebus detrimentum potiſſimum afferre dicit: 1. τῇ προαιρέσει, inſtituto ac præclaris conſiliis, ne proſperè procedant; & 2. bonis legibus, dum ne ad eas vivatur benè, mulierum mala prohibent exempla. Deinde hic rurſum monet, qvæ ſub fin. l. 1. monuit, qvod ſimili indicat: ὥσπερ οἰκίας μέρος ἀνὴρ καὶ γυνὴ, δῆλον ὅτι καὶ πόλιν ἐγγὺς τοῦ δίχα διῃρῆσθαι δεῖ νομίζειν, εἰς τε τὸ τῶν ἀνδρῶν πλῆθος, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν. Qvare inqvit civitates illæ, in qvibus mulierum licentia non eſt correcta, ſed contra nimis libera ac ſoluta, meritò ſunt vitio affines, imò dimidia pars civitatis caret legibus ac probis inſtitutis. ἐστι ἀνομοθέτητος. Non n. eſt εὐνομία, niſi omnibus ordinibus ſint leges conſtitutæ. Dehinc incommoda recenſet, qvæ ſeqvantur, ſi morum diſciplina non ſervatur in mulieribus ubi 1. carpit, φιλοχρηματίαν, qvi locus memorabilis ſit omnibus Rebuspubl. qvæ caveant ſibi à γυναικοκρατείᾳ, qvam multæ bellicoſæ gentes præter Celtas teſte Ariſtotele h. l. expertæ fuerunt. Hinc notum dictum Gorgonis uxoris Leonidæ, qvæ cum illi objiceretur, qvod ſolæ Spartanæ viris imperitarent, reſpondet: ſolæ viros parturiunt. Homines autem bellicoſos, pronos eſſe ad Venerem argumento ex fabula petito confirmat: οὐκ ἀλόγως ἔοικε ὁ μυθολογήσας πρῶτος συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην, hujus rationes ex Phyſicâ pete. 2. Incommodum. Rerum adminiſtrationem viris debitam à mulieribus obiri, qvas colus ornet, non forum, ibi: ὅπερ συμβαίνει. 3. Audacia, cui aptus non eſt muliebris ſexus, qvod exemplis confirmari poſſe non abs re arbitratus eſt: qvæ autem cauſa fuerit hujus licentiæ in textu explicat: ibi: ἐξ ἀρχῆς μὲν προωδοπεποιημένους: i. e. præcultos. Ex qvibus patet audaciam nuspiam eſſe utilem, & ſi in bello eſt utilis, id fieri ex eventu. Digreditur præterea ad diſciplinæ militaris virtutes, qvas autore Lycurgo Lacedæmonii coluerunt. Ut 1. continentiam, 2. Laborum tolerantiam, 3. Fortitudinem 4. Imperii propagationem. Fuit enim Reſpubl. Lacedæmo: militaris. Continentia ſeu temperantia via eſt ad laborum tolerantiam, laborum tolerantia, via eſt ad fortitudinem; Fortitudo via ad imperii ampliationem. Spartani tantum erant homines uxorii, fœminæ utebantur veſtitu laſcivo; erant

lib. 1. Pol. c. fin.

Victor. p. m. 141.

v. Borrh. p. m. 123. Scherb. p. 67. & 68.

Plato.

Qvæſt.

Vid. Plut. in Lycurg. it. Eurip. de morib. harũ mulierum.

Xenophon

Cic. in Orat. pro Flac. Cam p. 95.

v. Scherb. ἀνδρομανεῖς Mannſoll/ ut Germani loqvuntur. Contentione itidem ex-
p.69.& 70. plicat inſolentiam mulierum, ibi: τὰς δὲ γυναῖκας, usq; πρὸς τὴν φιλο-
χρηματίαν. 3. Reprehendit ea qvæ ad ἀνωμαλίαν poſſeſſionum & pa-
trimoniorum ſpectant, ubi perſtringit inæqvalitatem bonorum, ibi:
μετὰ γὰρ τὰ νῦν ῥηθέντα usq; ἐκείνως τε καὶ οὕτως. 4. Incommodum à
dotibus, & qvid ſtatuendum de dotibus, ne ad paucos veniant agri,
Qvæſt. καὶ διὰ τὸ προῖκας διδόναι μεγάλας. Καί τοι βέλτιον ἦν μηδεμίαν, ἢ
ὀλίγην, ἢ καὶ μετρίαν τετάχθαι. 5. Ex teſtamento & legatis: νῦν δὲ
ἔξεστι δοῦναι, ubi varia incommoda adducit, usq; πληθύειν ἀνδρῶν τὴν
πόλιν. 6. Legem de procreandis liberis inæqvalitati poſſeſſionum diſ-
ſentaneam eſſe affirmat: ὑπεναντίος δὲ καὶ ὁ περὶ τὴν τεκνοποιΐαν
νόμος πρὸς ταύτην τὴν διόρθωσιν &c. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος, τὸν μὲν
Præſidij & ſtationis vacationẽ habere. Wacht-frey ſeyn. γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς, ἄφρουρον εἶναι, τὸν δὲ τέτταρας, ἀτελῆ πάντων.
Qvi tres procreaverat filios à muneribus civilibus erat immunis, Was
Schatt und Schülde frey/ qvi 4. omnium munerum vacationem habe-
bat. Hoc qvidem ex alterâ parte juſtum, qvo civium paucitati occurri-
tur; ex altera injuſtum propter æqvationem bonorum.

2. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τὴν ἐφορείαν ἔχει φαύλως: At porro
etiam ea, qvæ ad Ephoriam pertinent, minus benè ſe ha-
bent.

Hactenus ea, quæ materiam ſpectant, perſtrinxit; jam ad ea, quæ
formam concernunt, ubi primum, Ephoratum refellit. Erant autem E-
phori 5. & ex plebe ſortitò eligebantur: & quod Romæ Tribuni plebis, id
Ariſt. l. V. Polit. Spartæ fere erant Ephori. Num autem tempore Lycurgi fuerint Ephori
necne? diſſentiunt autores. Plutarchus enim 130. annis poſt Lycurgum
Plutarch. regnante Theopompo eos cæpiſſe refert; Herodotus autem à Lycurgo eos
Herod. l. 1. originem traxiſſe confirmat. Quinq; autem Ariſtoteles in iis reprehen-
Quæſt. dit 1. quo ad ipſorum perſonas, ὥστε πολλάκις ἐμπίπτουσιν ἄνθρωποι
σφόδρα πένητες εἰς τὸ ἀρχεῖον, οἳ διὰ τὴν ἀπορίαν ὤνιοι ἦσαν.
2. Quod ad ipſum Magiſtratum ſeu Ἐφορείαν, erat enim Ephororum ni-
Plut. in vita Cleom. mis immanis & tyrannica poteſtas, ibi: καὶ διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν εἶναι λί-
Scherb. αν μεγάλην καὶ ἰσοτύραννον. Poterant enim imperare ipſis Regibus,
p. 71. & 28. ſenioribus, poterant imperare, ut Reges ducerentur in carcerem, &
capita-

capitali pœnâ afficerentur. Habebant poteſtatem de omnibus rebus etiam graviſſimis decernendi. Exiſto Ephorum Magiſtratu oriebatur everſio & mutatio Reipubl. ut autem ex alia naſcatur infra docebit. Obiter etiam utilitates Ephoratus exponit, per ἐπανόρθωμα. ἡσυχάζει γὰρ ὁ δῆμος διὰ τὸ μετέχειν τῆς μεγίστης ἀρχῆς, &c. 3. Taxat παιδαριώδη τρόπον i. e. puerilem rationem eligendi Ephoros. Occurrit hic memorabilis locus de optimo civitatis ſtatu, quem præterire non poſſum: Δεῖ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν μέλλουσαν σώζεσθαι, πάντα βούλεσθαι τὰ μέρη τῆς πόλεως εἶναι καὶ διαμένειν ταὐτά. Οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς διὰ τὴν αὐτῶν τιμὴν, οὕτως ἔχουσιν. Οἱ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ, διὰ τὴν γερουσίαν. Ἆθλον γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστιν. Ὁ δὲ δῆμος, διὰ τὴν ἐφορείαν. Talis, qualis hic indigitatur, hodie eſt Venetorum Reſpublica. 4. A maximâ judiciorum poteſtate: ἔτι δὲ καὶ κρίσεών εἰσι μεγάλων κύριοι, cum tamen eſſent homi es plebei. Judicabant de fortunis, de famâ, de capite civium. Poterant judicare ex ſua mente, (non erant aſtricti legibus) ubi Ariſtoteles διόπερ οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους, i. e. melius eſſe ut judicia fiant non de aliquorum proprio arbitrio, ſed ſecundum leges ſcriptas, (præſcriptionem legum. Eſt enim illud κατὰ τὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους, ſimile huic molem & montes, i. e. molem montium. Quam figuram vocarunt Grammatici ἓν δὺ, & ἓν διὰ δύο.

Scherb. p. 72.

Optimus civitatis ſtatus.

Quæſt.

Reprehendit diſſolutam Ephororum vivendi rationem, ibi: ἔστι δὲ καὶ ἡ δίαιτα ucά τῶν σωματικῶν ἡδονῶν. Imperii ſeptemviri, quos Ephoros Imperii nonnulli nominant, ideò conſtituti ſunt, ut nimiam Imperatoris poteſtatem refrenent & cohibeant.

Scherb. p. m. 73.

Secundo loco examinat collegium ſenum, quod dicebatur γερουσία, Ariſtoteli hic γερόντων ἀρχή. In hunc Magiſtratum eligebantur ii, qui per totam vitam ſe bene geſſerant. Erat præmium virtutis & bene actæ vitæ in bello. ἐπιεικῶν μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπαιδευμένων ἱκανῶς πρὸς ἀνδραγαθίαν. Quatuor autem Ariſtoteles in illis deſiderat, quorum quædam ad finem, quædam ad principia pertinent, 1. Quod iſte Magiſtratus eſſet perpetuus, ibi: διὰ βίου κυρίους εἶναι κρίσεων μεγάλων ἀμφισβητήσιμον. In Galliâ judices Parlamenti perpetuo hoc munere fatigantur, nec minus in Daniâ Senatores Regni. Hinc quæritur in Politicis:

Xenoph. γερουτίον; cam. p. 126

*Quæſt.* *ticis: Utrum ſit ex uſu Reipubl. ut Magiſtratus aliquis alicui perpetuetur?*
*Ariſtot. Neg.* 1. *Quia non omnes viri ſunt probi, & prudentes.* 2. *à ſeneſcente animo.* ἔστι γὰρ ὥσπερ καὶ σώματος καὶ διανοίας γῆρας. *Hic unum notes de Georgio de Ponte Duce Veneto, qui 96. annorum, legatos ipſe audivit, nec acies animi in illo erat facta hebes, niſi ſemeſtri ſpacio, ante obitum.* 3. *A diffidentia Legislatoris, quomodo autem LL. autor ipſis non habuerit fidem, non declarat.* 4. *Ab avaritia & ambitione.* φαίνονται δὲ καὶ καταδεδωροδοκημένοι καὶ καταχαριζόμενοι. *Ariſtoteles in hoc Magiſtratu ſenum improbat, quod fuerint* ἀνεύθυνοι. Διόπερ βέλτιον αὐτοὺς μὴ ἀν εὐθύνους εἶναι. *Num juſtum ſit judices poſtquam officio de-*
*Quæſt.* *functi ſunt, rationes reddere? A. vide N. 8. c. 13. N. 95. in præf. 128. c. 3. 161. c. 1.*
*P. Victor.* 3. *Reprehendit ineptum modum creandi;* ἔτι δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν
*p. 152. Cic.* ἣν ποιοῦνται τῶν γερόντων, κατά τε τὴν κρίσιν ἐστὶ παιδαριώδης.
*pro Flacco.* 4 *Quod coacti ſint omnes petere & ambire illum Magiſtratum.* καὶ τὸ αὐτὸν αἰτεῖσθαι τὸν ἀξιωθησόμενον τῆς ἀρχῆς, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. *Subjungit hic nobiliſſimam ſententiam omnibus curiis merito præfigendã.* Δεῖ καὶ βουλόμενον καὶ μὴ βουλόμενον ἄρχειν τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς, *quam jam potes invertere: Indigni, velint, nolint, imperare debent. Hic enim*
*Scherb. p.* *ancillam, alter conſanguineam indigno obtrudit, quo illum officio alligare*
*77. & 78.* *queat, parum ſollicitus, num requiſita tria veri judicis, in illo emicent nec*
*Polybius.* *ne, ut 1. Probitas ſeu Pietas, 2. Prudentia, 3. Naturalis aptitudo. Hic ra-*
*Quæſt.* *tione textus non ineptè quæritur. An Ambitio ſit ex uſu Reipubl.? N.*
*v. Borrha.* *Quamvis enim Lycurgus ſtatuerit:* οὐδεὶς ἄρχειν αἰτήσαιτο, μὴ φι-
*p. 128. &* λότιμος ὤν· *tamen Ariſtoteles addit:* καί τοι τῶν ἀδικημάτων ἑκου-
*129.* σίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει σχεδὸν διὰ φιλοτιμίαν καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς ἀνθρώποις. *Alter dixit:* ἡ φιλοτιμία κτῆμα σκαιόν. *Ex his patet, quod* φιλοτιμία *duos ſcelerum fontes aperiat, putà ambitionis, & avaritiæ.*

3. Περὶ δὲ βασιλείας, εἰ μὲν μὴ βέλτιόν ἐστιν ὑπάρχειν ταῖς πόλε-
*Quæſt.* σιν, ἢ βέλτιον, ἄλλος ἔστω λόγος: De regno autem utrum
*lib. 3. Pol.* non præſtet civitates Regibus parere, an præſtet, alius ſanè eſto diſputandi locus.

*Quoniam*

*Quoniam tertius Magiſtratus erat regnum, illud etiam non rectè conſtitutum fuiſſe obiter monet, in lib. n. 3. copioſius hæc diſputabit. Paucis hic agemus. Regnum autem hoc erat ex duobus Regibus, ortum Herculi debentibus: creditum enim eſt Reges Lacedæmoniorum ab Hercule genus duxiſſe.* Herod. in *Ex biſida itaq; Herculis familia duo eligebantur Reges, & quidem primogeniti, quorum poteſtas exigua in pace, ſed maxima in bello erat.* Polymnia. *Cum autem Lycurgus illis diffideret, noluit uni regnum committere, ſed duos conſtituit, ibi:* ἀπιστεῖ γοῦν *&c. Præſuppoſito illo, quod conſultius ſit habere Regem, Monarcham, Principem, quæritur: An Imperator ſit eligendus, an verò ſpectandus ſit ex natalibus, ut ſit hæreditarium regnum?* Quæſt. *Ariſtoteles dicit, præſtare ſemper eligi potius:* βέλτιστόν ἐστι, *Bodinus* μὴ κατὰ τὸν αὐτοῦ βίον ἑκάστου κρίνεσθαι τῶν βασιλέων. *Scherb. p.* *At Bodinus valdè exagitat Ariſtotelem ob hanc rem in gratiam ſui Regis, ſed indignè, & exiſtimat commodius eſſe regnum hæreditarium, ut Gallicum, quàm electivum.* 81. 82. *Sequuntur nunc ea, quæ circa principia occurrunt reprehendenda, ubi ſe offerunt, quæ in ſodalitatibus & publicis conviviis peccentur, ibi:* οὐ καλῶς δ᾽ οὐδὲ περὶ τὰ συσσίτια τὰ καλούμενα φιδίτια, νενομοθέτηται τῷ καταστήσαντι πρῶτον. Cam. p. 101 *Præfert proinde Cretenſium Rempubl. ubi convivia ſumptu publico inſtituta fuerunt, quod aliter fuit in Lacæmoniorum Rep. inſtitutum, ubi pauperes æquè ac divites, ad convivium conferre cogebantur. Populus autem in participando è Repub. urget proportionem Arithmeticam,* dem Armen wie dem Reichen/dem Reichen wie dem Armen: *at in contribuendo proportionem deſiderat Geometricam. Contra divites in honoribus proportionem urgent Geometricam, in oneribus verò Arithmeticam. Reprehendit ulterius à contrariis, quæ accidant Legislatoris ſententiæ, ibi:* ὥστε *&c.* βούλεται μὲν γὰρ δημοκρατικὸν εἶναι τὸ κατασκεύασμα τῶν συσσιτίων, *i. e. voluit enim concænationum & conviviorum inventum ad formam Reip. popularem pertinere, quod tamen minimè fit, quoniam pauperibus prohibetur aditus, hoc argumento: Quicunq; ſumptus convivandi ſuſtinere non poteſt, ad Magiſtratum non aſpirat. Atqui pauper ſumptus convivandi ſuſtinere non poteſt:* E.

*Præterea militarem rationem refutat, ratione additâ, quæ & explicatur, ibi:* τῷ δὲ περὶ τῶν. &c.

Dehinc

Plat. lib. 1. leg Scherb p. 83. 84. 85. Dehinc hyotheſin Legislatoris refellit, quæ erat talis: *Totam Rempubl. in unica belli virtute præcipuè contineri*: πρὸς γὰρ μέρος ἀρετῆς ἡ πᾶσα σύνταξις τῶν νόμων ἐστὶ τὴν πολεμικήν. Αὕτη γὰρ χρησίμη πρὸς τὸ κρατεῖν, *hic belli laudem & utilitatem perſpicis*. Mox autem diſcrimen artis militaris & civilis ſtatuit, indeq; exemplo comprobat malè omnẽ LL. deſcriptionem dirigi ad bellicam laudem. Τοιγαροῦν ἐσώζοντο πολεμοῦντες, ἀπώλλυντο δὲ ἄρξαντες, διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι σχολάζειν, μηδὲ ἠσκηκέναι μηδεμίαν ἄσκησιν ἑτέραν κυριωτέραν τῆς πολεμικῆς. Sie haben nichts anders gelernet/ können nicht lange ſtille ſeyn. Ideò adjungit Ariſtoteles & dicit: *Aliàs eſſe leges Belli, aliàs Pacis, imò diverſas utriusq; exercitationes*, nec immerito virgulâ cenſoria utitur, qui utriusq; rationem non habuerit Lycurgus, cum tamen maxima Pacis ſit habenda cura, de quibus infra lib. 7. copioſius agetur. lib. 7. Polit. In textu hic: τοῦ δὲ ἁμάρτημα οὐκ ἔλαττον καὶ οὐ καλῶς.

Tandem in Republ. Lacedæmoniorum taxat, quæ ad publicarum pecuniarum rationem pertinent. 1. *A defectu ærarij* ibi: Φαύλως δ' ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς Σπαρτιάταις· οὔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεώς ἐστιν οὐδὲν, πολέμους μεγάλους ἀναγκαζόμενοι πολεμεῖν. Scherb. p. 86. Victo. p. 106. Pecunia enim eſt nervus belli; Bruder Veit wil Geld haben: ubi nervus deeſt, miles dilabitur, fit λειποτάκτης, da reiſſen ſie aus/ lauffen davon/ meutenirẽ. 2. *A tributi raritate*: εἰσφέρουσι δὲ κακῶς, hinc εἰσφορὰ collatio pecuniarum. Addit incommoda quæ neglectum ærarium ſubſequantur, ibi: τὴν μὲν γὰρ πόλιν πεποίηκεν ἀχρήματον, τοὺς δ' ἰδιώτας φιλοχρημάτους. L. 1. §. 20. ff. de Q. Quæſtio. Hinc ærarium & contributiones neceſſarias eſſe Reipublicæ defendemus.

## CAPUT X.

### De Cretenſium Republicâ diſputat.

1. Τὰ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων, ἧττον διήρθρωται τῶν νεωτέρων. Plurimæ res antiqvæ minus ſunt ſuis partibus abſolutæ, qvàm recentiores.

*Quoniam antea de Lacedæmoniorum Republ. multis egit, propter ſimilitudinem, quam Cretenſis cum eadem habuit; hanc ſimiliter ventilandam*

*landam arripuit, hæc enim ſimiliter ac aliæ ſuos habuit amatores. Quæ autem in eadem deſiderentur comparatione ejus cum Lacædamoniorum Republ. explicat, ubi primum argumeutum à tempore ducit, qvod aphoriſmo eſt incluſum; qvoniam enim Lacedæmoniorum erat recentior, minoribus incommodis ſcatuiſſe putatur, qvare in principio Cap. dicit* ἡ δὲ Κρητικὴ πολιτεία, πάρεγγυς μέν ἐστι ταύτης. ἔχει δὲ, μικρὰ μὲν, οὐ χεῖρον. Τὸ δὲ πλεῖον, ἧττον γλαφυρῶς. καὶ γὰρ ἔοικε, καὶ λέγεται δὲ, τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν Λακώνων. *Qvod autem de tempore dicitur, nova antiqvis eſſe correctiora, idem Thales Mileſius ſtatuit, dicens.* Τὸν χρόνον σοφώτατον ἁπάντων, ἀνευρίσκειν γὰρ τὰ πάντα. *Cum autem multæ diſputationes eſſent propter Cretenſium & Spartanorum ſimilitudinem Ariſtoteles Cretenſium antiqviorem pronunciat, qvorum Legislator fuit Minos, qvi non multo tempore Moyſen ſubſecutus eſt. Qvæ autem fuerit cauſa leges Cretenſium cognoſcendi, eas in Spartam transferendi, hic ex textu, & Plutarcho cognoſcere potes.* ibi: φασὶ γὰρ τὸν Λυκοῦργον, περὶ τάξιν τῶν νόμων. *Lyctii, qvorum hic fit mentio, erant Spartanorum coloni, Homerus itidem hujus urbis meminit: Dehinc à ſitu argumentatur inſulæ Cretæ, qvæ qvaſi à natura facta ad Imperium Græcorum. Valde enim celebres fuerunt, rerum maritimarum gloriâ, adeo ut dederint locum proverbio: Cretenſis mare neſcit, qvod jam de Batavis non immerito uſurpamus. Virgil. ita de Creta:*

*Creta Jovis magni, medio jacet inſula ponto. Et Homerus:*

— Κρήτη γαῖα μέσσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ. *Eadem qvæ hîc de Creta leguntur ſimili* περιηγήσει *Strabo, 1. à ſitu, 2. â moribus vitaq; hominum ipſorum complexus eſt: D. Apoſtolus Paulus meminit etiam Cretenſium ex Epimenide, ſed peſſimam illorum facit mentionem, hoc verſu:*

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί.

*Cam. p. 102 ἐννέωρος Διὸς μεγάλου ὀαριστής. Plut. in vitâ Lycurg. Homer. 2. Iliad. Pol. l. 4. Lyttÿ, Λύκτον, μίλητόν τε καὶ ἀργινόεντα λύκαστον. Virgil. 3. Æneid. Hom. Od. 1 Strabo. Tit. 1. v. 12. 2.*

Ἔχει δ' ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις, πρὸς τὴν Λακωνικήν: Cretenſis autem Reipubl. deſcriptio atq; ordinatio, Laconicæ proportione qvadam reſpondet.

*In multis Cretenſium Rempubl. cum Lacedæmoniorum convenire nunc explicare pergit, idq; ſex modis contingere demonſtrat. 1. In arandi ratione, ita ut cives etiam eſſent liberi ab opificiis & agricultura, ibi:* γεωργοῦσί τε γὰρ τοῖς μὲν εἵλωτες, τοῖς δὲ Κρησὶν οἱ περίοικοι. *2. In ſoda-*



*litatibus*

ſtatibus & concænationibus, qvæ enim apud Spartanos φιτίδια, ea apud Cretenſes ἀνδρία vocabantur, olim & apud Lacedæmonios ἀνδρία dicta ſunt. Concænationes autem Cretenſium ex publicâ pecuniâ & decimis fiebant. Καὶ συσσίτια παρʼ ἀμφοτέροις ἐστὶ &c. 3. In Magiſtratibus, ubi collationem utriusq; inſtituit, ibi: ἔτι δὲ τῆς πολιτείας ἡ τάξις. Οἱ μὲν γὰρ ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ Κρήτῃ καλουμένοις Κόσμοις. Πλὴν οἱ μὲν ἔφοροι πέντε τὸν ἀριθμὸν οἱ δὲ Κόσμοι δέκα εἰσίν. Qvemadmodum itaq; apud Spartanos 5. erant Ephori: ita apud Cretenſes 10. Cosmi, ex Illuſtriſſimis familiis oriundi. Cosmi apud Cretenſes fere fuerunt, qvod hodie in Polonia Palatini ſunt. Ephori autem creabātur & à populo, & è populo: Cosmi autem ex antiqvis & certis familiis, etiamſi aliæ eſſent præſtantiores familiæ, qvod improbatur. Qvem autem ſtatum multi non amant, & multi oderunt, ille non poteſt eſſe diuturnus. 4. Senatorum numero, qvod enim γερόντων ἀρχὴ apud Lacedæmonios dicebatur hic βουλή vocatur; nemo autem ad illam dignitatem evehebatur niſi prius Cosmatum geſſiſſet. Fuit igitur Oligarchia, ibi: οἱ δὲ γέροντες τοῖς γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλήν, ἴσοι. 5. Cretenſes etiam habuerunt Regem, qvem tamen poſtea ejecerunt, ut & multæ aliæ, Respubl. Romana, Athenienſis, &c. Loco Regum conſtituti Cosmi & Senatus. Regem tempore belli tamen eligebant, in pace nolebant habere Ducem. Et qvamvis electus fuerit qvispiam Rex, fuit tamen qvaſi tutor, nec plus ei qvam duo vota cōceſſa ſunt, qvod Hodie Veneti, imitantur: ibi: βασιλεία δὲ πρότερον μὲν ἦν, εἶτα κατέλυσαν οἱ Κρῆτες, καὶ τὴν ἡγεμονίαν οἱ Κόσμοι τὴν κατὰ πόλεμον ἔχουσιν. Ἐκκλησίας δὲ μετέχουσι πάντες 6. Non cogebantur rerum geſtarum rationem reddere, qvod infra damnabitur. Hic præterire non poſſum, qvin moneam, ut omnes ſibi à turpi pædicatione caveant, qvam Ethnicus Ariſtoteles hic etiam carpit; alibi autem fuſius de hac re ſe acturum profitetur: ibi: πρὸς δὲ τὴν ὀλιγοσιτίαν, ὡς ὠφέλιμον, πολλὰ πεφιλοσόφηκεν: i. e. ſapienter & erudite diſſeruit de continentiâ & tenuitate in victu, qvod laudatur) ὁ νομοθέτης. Jam impia ſeqvuntur: καὶ πρὸς τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας ποιήσας ὁμιλίαν: & ad fœminarum disjunctionem, ne nimis multos filios pariant maſculorum conſvetudinem introduxit, ut

Κόσμοι undo dicti vid. ap. J. Cam. p. 103 Hinc apud Homer. Κοσμήτορες λαῶν. Qvæſt.

De μισοπυγισία 5. lib. ſcripſit Magig ad L. 31. C. ad L. Jul. de Adul.

*xit, ut maſculi inter ſe, alius in alium fœdè exardeſcerent. Hæc autem lex planè eſt impia, imo toties in ſacris damnatur, qvoties ejus mentio fit, qvippe è diametro pugnat cum S Scripturâ: Creſcite & multiplicamini.* Borrhaus p. 134.

3. Τὰ περὶ τῶν Κόσμους, ἔτι χεῖρον τῶν Ἐφόρων Qvæ ad Coſmos ſpectant, ea etiam deterius, qvam qvæ ad Ephoros.

*Poſt comparationem recta progreditur ad reprehenſionem Coſmorum Cretenſium, in qvibus 1. reprehendit, qvod Coſmi crearentur, homines ſorte oblati: degeneres ab optimâ familiâ, nullius pretii, ibi:* γίνονται γὰρ οἱ τυχόντες ὥσπερ Λακεδαίμονι γενομένων. *2. Apud Cretenſes nullus potuit fieri Senator, niſi prius fuerit Coſmus, niſi è certis eſſet familiis. At hoc fuit Oligarchicum. 3. Qvod Coſmi non tenerentur judicio rationum referendarum. 4. Qvod per totam vitam gererent Magiſtratum, & hac ratione res novas & Reipubl. calamitoſas moliendi anſam arriperent, ibi:* τὸ γὰρ ἀνυπεύθυνον, καὶ τὸ διὰ βίου, μεῖζόν ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς *5. Qvod non imperarent ex jure præſcripto & legibus, ſed ex proprio arbitrio, cum tamen hominis voluntas ſit flexibilis & affectibus ſubjecta, ibi:* καὶ τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ᾽ αὐτογνώμονας, ἐπισφαλές. *Hic autem per occupationem qviſpiam oggereret, dicens. Multa reprehendis in Cretenſi Republ. & multis ſcatere vitiis aſſeveras; qvare autem tamdiu duravit? Reſp. Ariſtoteles: Non propterea conſtitutionem eſſe præclaram, qvod populus qvietus ſit, nullas ſeditiones agitans, hoc enim ex eventu accidit, ibi:* τὸ δὲ ἡσυχάζειν μὴ μετέχοντα τὸν δῆμον, οὐδὲν σημεῖον τοῦ τετάχθαι καλῶς. *Sic poteſt qvis malè eſſe conſtitutus è viſceribus internis, & poteſt diutius vivere, qvàm qvi robuſto eſt corpore, qvia fortaſſe ſummam gerit victus & aëris rationem &c. Ita etiam ſi longæva fuerit Respubl. non tamen id ſignum eſt bene ordinatæ Reipubl. ſed qvia inſula fuit, & ideo in dominio tota.* ſub fin. hujus cap. σώζεται διὰ τὸν τόπον. *Non habuerunt Coſmi vicinas urbes, cum qvibus aliqvid molirentur: Erant mari disjuncti non poterant facile corrumpi. Iſtis Magiſtratibus invidemus, qvi habent conjunctum qvæſtum, hoc non erat Cretæ, qvia Coſmi non poterant cum aliis inire ſocietatem. Sed hæc aliter ſe habebant Spartæ, & ſic per contentionem* πολιτικὴν *opponit* τῇ Δυναστευτικῇ *ibi:* οὐδὲ γὰρ λήμματός τι τοῖς Κόσμοις, ὥσπερ τοῖς ἐφόροις ὥσπερ ἀπεῖπεν τὴν ἀρχήν. *Qvod Venetiæ tam diu in felici perſiſtant ſtatu hæc fortaſſe etiam cauſa* Scherb. p. 90. & 91.


*eſt, qvi*

*eſt, qvod ſit Inſula, tum qvia bene ordinata eſt ea Respubl. Ita etiam Anglia. Qvoniam Ariſtoteles identidem inculcat, ut Magiſtratus ſit tantùm honore contentus, nec qvæſtui habeat Rempublicam. Qværo: Num liceat illi ultra publicum ſalarium, ſubditos onerare? N. Sed qvicqvid negamus, rapacitas & ſordes aliud ſvadent.*

*Qvæſt.*

*Vid. Nov. 8. c. 1. ubi tit. 3. legitur jusjurandum ICtorum.*

*Item: Num præſtet ſecundum leges vel affectionem judicare? Reſp. Ariſtoteles:* βέλτιον γίνεσθαι κατὰ νόμον, ἢ κατ᾽ ἀνθρώπων βούλησιν. οὐ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ κανών 6. *& ultimo carpit, qvod non fuerit unio in Republ Cretenſium, nam Coſmi omnia obtinuerunt, & valde inter ſe diſſenſerunt, ex qvo multæ factiones ortæ, quare exaggerat mala à Tyranni & unius dominatu, ibi:* εἰώθασι γὰρ διαλαμβάνοντες τὸν δῆμον καὶ τοὺς φίλους, μοναρχίαν ποιεῖν καὶ στασιάζειν κτλ. ἀλλὰ λύεσθαι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν. *Amplificat idem à periculis externis:* Ἔστι δὲ ἐπικίνδυνος οὕτως ἔχουσα πόλις τῶν βουλομένων ἐπιτίθεσθαι καὶ δυναμένων. *Conjungit* δύναμιν καὶ βούλησιν, *in quibus omnis operis efficiendi vis poſita eſt.*

*Quæſt. De voce* κανὼν *vid. Cam. p. 103.*

*Qvæſt.*

*Num externum bellum aliqvando indicet infirmas Reipubl. cui infertur leges? A. Ibi:* νεωστί τε πόλεμος κτλ. ἐκεῖ νόμον.

## CAPUT XI.

### *Carthaginenſium Rempublicam examinat.*

a. Σημεῖον πολιτείας συντεταγμένης, τὸ τὸν δῆμον ἔχουσαν, διαμένειν ἐν τῇ τάξει τῆς πολιτείας, καὶ μήτε στάσιν, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν γεγενῆσθαι, μήτε τύραννον: Argumento eſt, hanc Rempub, benè eſſe deſcriptam, qvod cum populum habeat rerum compotem, maneat in deſcriptione & ordinatione Reipubl. neq; aut ſeditio unqvam in eâ coorta ſit, memoratu qvidem certè digna, aut tyrannus extiterit.

*Poſt Laconicam Creticamq; recta ad Carthaginenſium Rempublicam propter ſimilitudinem, quam cum illis habuit, procedit, ejusq; primum laudes, poſtea vitia proponit, ibi: in pr.* Πολιτεύεσθαι γὰρ δοκοῦσι καὶ Καρχηδόνιοι καλῶς, καὶ πολλὰ περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους, μάλιστα δὲ ἔνια παραπλησίως τοῖς Λάκωσιν. *Præterea omnium harum trium laudes*

*conjun-*

conjungit, & maximè apud Græcos eas celebres ac famoſas fuiſſe pronunciat, ibi: αὗται αἱ πολιτεῖαι τρεῖς εἰσί, ἡ τῶν Καρχηδονίων. Eſt autem Chalcedonia ſeu Carthago civitas in Thracia ſita, ubi celebratum fuit Concilium quartum ſexcentorum triginta Epiſcoporum ſub Leone I. præſente Martiano Principe, ex quo apparet amplam fuiſſe Regionis copiam, ad proviſionem tantæ multitudinis Prælatorum. Fuit autem colonia Punica, de cujus interitu utriusq; linguæ Hiſtorici conſulendi: Notum autem eſt, eam tandem à Romanis fuiſſe deletam. Quis autem Legislator eorum fuerit, non eſt ſatis certum, ut in reliquis. Ut autem ad cœptam ejusdem laudem regrediamur, ejusq; bonitatem & perfectionem, qua magis cœteris conſpicua, perſequamur, ipſe noſter aphoriſmus monet. Tria ſiquidem bonitatis & perfectionis ſigna demonſtrat, quæ laudem merentur ſingularem. 1. Ab effectu: Quia in eâ populus erat particeps publicarum deliberationum, imò officiales ejusdem vivebant ordinate, & ſua tranquille exequebantur officia, cum quadam ſtabilitate morum. Oportet enim in omni Republ. objicere aliquid populo, quo ſit contentus, ut amet Rempubl. ne odio eam habeat (Hamburgi ſunt die Oberalten/) Quicquid igitur Senatores deliberarunt, illud populus, aut ratum aut irritum habebat, ubi notetur hoc axioma Politicum:

D. Thom. in regim. Princ. lib. 4. cap. 19. p. 300. Cam. p. m. 103. Vict. p. 146.

Scherb. p. 92.

Ubicunq; populus eſt particeps publicarum conſultationum, ità ut poſſit eas ratas, vel irritas facere, ibi ſeditiones oriuntur. Nam ibi omnes ſimul & ſemel conveniunt, hinc fieri non poteſt, ut tot capita unius ſint ſententiæ. Atqui hoc non fiebat in Repub. Cathaginenſi. Igitur laudabilis certè fuit & optimè conſtituta. Hoc eſt magnum quidem peccatum, ſed tamen nulla ſeditio aut Tyrannis eſt orta. Idem eſt, ac ſi quis ſtrenuè ſemper cogitur bibere, & tamen bene ſanus eſt. Ille quidem peccat, ſed tamen convincit. Sed dices: Ariſtoteles ſæpe dixit, debere etiam populum eſſe participem Magiſtratus, & hic Cathaginenſes reprehendit propterea, quod populum participem fecerint publicarum deliberationum: Item quomodo hæc inter ſe congruunt: Populus ſi habeat Magiſtratum quieſcit, & tamen inde rurſum oriri ſeditiones dicit? Reſp. Aliud eſt participem fieri Magiſtratus, & aliud publicarum deliberationum. Magiſtratus debet eſſe particeps populus, non autem publicarum deliberationum. Nam in his variè diſſentiunt, in illis non item. 2. Quod inter eos in miniſterio Reipub. concordia fuerit, nec unquam talis concitata ſeditio, qualis literis memo-

Huc refer Centumviros Roſtochienſes. Die Hundertmänner.

*viam dederit 3. Ex quieto dominio. Nunquam enim inter eos ſurrexit ſive Dominus, ſive nobilis, ſiue cujuscunq; potentiæ, qui ibidem Tyrannidem exercuerit. Cum autem hactenus generaliter dixerit Rempub. Pœnorum ſimilem fuiſſe Lacedæmoniorum, nunc quæ hæ duæ Reſpubl. paria ſimiliaq; inter ſe habuerint, ſubjungit. Par itaq; fuit Lacedæmoniorum, 1. In publicis conviviis,* ἔχει δὲ παραπλήσια τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ, τὰ μὲν συσσίτια τῶν ἑταιριῶν, τοῖς φιδιτίοις. *Hæc enim fiebant in demonſtrationibus honorabilium perſonarum, quæ faciebant utriq; per contributionem: ſed Chalcedonij honeſtiori modo, quia ſine oppreſſione pauperum. 2. In Magiſtratu, qui conſiſtebat in electione ſeniorum & Regis; ſed in hoc differebant, quia Lacedæmonij eligebant quoscunq; de populo, & erant pauci ad quos electio Regis ſpectabat: ſed Chalcedonij plures eligebant, & ex melioribus, qui erant centum quatuor, ibi:* τὴν δὲ τῶν ἑκατὸν καὶ τεττάρων ἀρχὴν, τοῖς ἐφόροις, πλὴν οὐ χεῖρον. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῶν τυχόντων εἰσί. Ταύτην δ' αἱροῦνται τὴν ἀρχὴν ἀριστίνδην. *3. Comparat eam Lacedæmoniorum à Regio ordine & Senatorum, ibi:* τοὺς δὲ βασιλεῖς, καὶ τὴν γερουσίαν, ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ βασιλεῦσι καὶ γέρουσι. *Laudat autem hic Pœnos, qui electionem Regis non uni certo generi & familiæ alligatam habuerunt. Unde reſultat, hæc quæſtio: Utrum electio ſucceſſioni præferenda? de qua etiam cap. 9. aphor fin. quædam diximus. A. & hic Ariſtoteles, quando dicit:* βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς, μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι γένος, μηδὲ τοῦτο τὸ τυχὸν, εἴ τε διαφέρει ἐκ τούτων αἱρετοὺς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν, *ubi innuit, quid in electione ſpectandum, ſcilicet, virtus & ætatis vigor. Cauſam proinde hujus electionis Ariſtoteles aſſignat, quia de vili loco ad Magiſtratum evecti, & pluries lædunt Politiam, & læſerunt Lacedæmonios, ibi:* μεγάλων κύριοι καθεστῶτες, ἂν εὐτελεῖς ὦσι, μεγάλα βλάπτουσι, καὶ ἔβλαψαν ἤδη τὴν πόλιν τὴν τῶν Λακεδαιμονίων. *Ex his effloreſcit hæc quæſtio: Num hominibus tenuis fortunæ maximarum rerum poteſtas ſit concredenda. Non temere. Juxta illud:*

*Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum: imò quod hoc cum magno Reipub. detrimento conjunctum, Affirmat Eccleſiaſtes: Eſt, inquit, malum quod vidi ſub ſole, & quaſi per errorem egrediens à facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum, &c.*

*Cam. pag. 104. de voce* ἀριστίνδην.

*Quæſt. S. cap. 9.*

*D. Thom. habet erratum p. 302. d. l. ubi Chalcedoniam, pro Lacedæmona ponit.*

*Quæſt. Eccleſ. 10. v. 5, 6.*

*&c. adde ſi divites fuerint viri probi & pij alias ſecus; paupertas n. per ſe officijs non obſtat. Optimè itaq; egerunt qvod nõ elegerint de uno genere Regẽ, quia natura ſæpe deficit in ſucceſſu ſuæ prolis: ſed ubicunq; meliorẽ repererint, illũ ad Reip. gubernacula admoverint, ſive Principem ſive Senatores & in hoc imitati Ariſtocratiam, quæ eſt Principatus ex paucioribus & virtuoſis. Rex itaq; Chalcedoniorum cum aliquibus honoratis & virtuoſis tractabat quæ agenda erant in civitate non requiſito populi conſenſu, ut de Romanis ſcribitur, quod conſilium agebant 320. de multitudine, ut quæ digna ſunt gerant. Quamvis autem hæc poteſtas regiæ, prædicto modo ſine populi conſenſu adjunctis Senatoribus, omnia conſt.tuebat; interdum tamen & populum in conſilium adhibere cogebatur, & tunc ad Democratiam ſtatus Reipubl. reducebatur, quia hæc in gratiam gentis plebejæ fiebant, ut ſup. dictum fuit.*

§. 12. J. de ſuſp. tutor. & ib. Gl.

1. Machabæ.

2. Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν ἐπιτιμηθέντων ἂν διὰ τὰς παρεκβάσεις, κοινὰ τυγχάνει πάσαις ὄντα ταῖς εἰρημέναις πολιτείαις. **Plurima igitur eorum qvæ reprehenſa ſunt propter declinationes à recta Republ. communia huic fuerunt, cum aliis Reipub. adminiſtrandæ formis, qvas commemoravimus.**

*A laude Carthaginenſium, ad ea, quæ in illis deſiderantur, eosq; æquè ac alios vitioſos reddunt, digreditur, & obſervat viam, quam Legislator ingreſſus eſt, an ab ea nunquam declinaverit. Certum quidem eſt eum optimam viam eſſe ingreſſum: fuit enim ipſius inſtitutum optimam inſtituere Rempublicam. Putavit autem eam optimam eſſe, quæ ex Ariſtocratiâ & Democratiâ eſt conflata. Sed accidit ei, quod ſolet accidere in omnibus, ut ex aphoriſmo etiam patet. Nam dum voluit conflare Rempubl. ex Ariſtocratia & Democratiâ b. na ſeu legitimâ, prolapſus nunc eſt ad Oligarchiam, nunc ad Democratiam. Ibi:* τῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς Ἀριστοκρατίας, καὶ τῆς Πολιτείας, τὰ μὲν εἰς δῆμον ἐκκλίνει μᾶλλον, τὰ δ᾽ εἰς ὀλιγαρχίαν, *addit in quo declinet ad Democratiam, ubi cauſam judicandi Democraticam fuiſſe ſtatuit, ibi:* τῷ μὲν καὶ ἀντιπεῖν ἔξεστιν: *& in hoc convenit cum Parlamentis Angliæ.*

V. Scherb. p. 93.

*In multis ſimiliter rebus ad Oligarchiam hujus Reip. ſtatus prolapſus eſt v. in Qvinqveviratu, qvi Qvinqveviri ipſimet ſe mutuo eligebant. Et hoc eſt Oligarchicum, ibi:* τὸ δὲ τὰς πενταρχίας, κυρίας οὔσας, πολ-

λῶν

λῶν καὶ μεγάλων, ὑφ' αὐτῶν αἱρετὰς εἶναι 2. *In electione centumvirali, hi enim Qvinqve viri eligebant ſenatum 104. virorum, unde veriſimile eſt, eos non niſi ſuos elegiſſe amicos ac propinqvos, & ſic Magiſtratum ſemper per orbem ad eosdem rediiſſe, ibi:* καὶ τὴν τῶν ἑκατὸν ταύτας αἱρεῖσθαι τὴν μεγίστην ἀρχήν. *Hunc Chalcedoniorum morem ſuo tempore plurimas Italiæ, & maximè Tuſciæ urbes obſervaſſe, autor eſt D.*

*D. Thomas d. l. p. 303.* *Thomas. 3. Qvia anteqvam iſti Qvinqueviri inibant Magiſtratum, jam fungebantur illo Magiſtratu, & poſtqvam perfuncti erant, eodem adhuc tamen fungebantur, ut ita dicam: ſicut Sol & ante & poſt occaſum lucere ſolitus eſt, ibi:* ἔτι δὲ ταύτας *usq;* ὀλιγαρχικόν. *4. Unus erat ordo judicũ, in qvo omnes cauſæ dijudicabantur, & cauſæ damni, & cauſæ contumeliæ, & cauſæ cædis ſ. capitis, ibi:* καὶ τὸ τὰς δίκας ὑπὸ τῶν ἀρχείων δικάζεσθαι πάσας, καὶ μὴ ἄλλας ὑπ' ἄλλων, καθάπερ ἐν Λακεδαίμονι *5. Qvod totum eſt Oligarchicum & peſſimum, ſummi Magiſtratus non creabantur*

*v. Scherb. p. m. 95.* *ex ſolâ virtute, ſed ſimul etiam ex divitiis, ibi:* παρεκβαίνει *usq;* οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ καὶ πλουτίνδην οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας, *ex qvibus patet, cur Carthaginenſium Reſpubl. ex Ariſtocratiâ*

*D. Thom. de regim. Princ. c. 20 p. 305.* *degeneraverit in Oligarchiam. Qværitur ratione textus: An ad Principatum ſemper dives evehi debeat! N.*

*Qvæſt.* *Videamus itaq; mala qvæ ex Oligarchiâ exorta ſunt 1. Eſt avaritia, Si enim Magiſtratus non niſi divitibus mandantur, cives ſtatim fiunt avari. Qvod enim in qvaq; Republ. in pretio eſt, & honoratur, id colitur. Qvibus ſtudiis deditus eſt, Princeps, iisdem etiam ſtudiis cives delectantur, ibi:* ὅτι δ' ἂν ὑπολάβῃ τίμιον εἶναι τὸ κύριον, ἀνάγκη καὶ τὴν τῶν ἄλλων πολιτῶν δόξαν ἀκολουθεῖν τούτοις. ὅπου δὲ μὴ μάλιστα ἀρετὴ τιμᾶται, ταύτην οὐχ οἷόν τε εἶναι βεβαίως ἀριστοκρατικὴν πολιτείαν, *qvibus & antecedentia* ὥσπερ οὖν, *usq;* καὶ τὴν στρατηγίαν *addas.*

*Ariſtot. 5. Metaph.* *Ariſtoteles alibi dicit:* τὸ ἡγεμονικὸν ὡς τέλος *2. Qvod Magiſtratus ſint venales. Qvi enim Magiſtratum aliqvem emit, eum rurſus vendit, i. e. Magiſtratum qvæſtui habet: ibi:* ἐθίζεσθαι δ' εὔλογον κερδαίνειν τοὺς ὠνουμένους, ὅταν δαπανήσαντες ἄρχωσιν. Ἄτοπος γὰρ, εἰ πένης μὲν ὢν ἐπιεικὴς δὲ βουλήσεται κερδαίνειν, φαυλότερος δ' ὢν οὐ βουλήσεται,

*Queſtio.* δαπανήσας. *Qvæſt. An homo improbus & dives magis abſtinebit, ne capiat,*

*capiat lucrum ex Magiſtratu in qvem pecuniam profudit, qvam vir probus & bonus, utut pauper? N. Satius igitur eſt hos præeſſe, qvi ſecundum virtutem præeſſe poſſunt. An Magiſtratus debeant eſſe venales? N.* Cam. p. 105

*Refellit inſuper rationem conſtitutionis eorum, qvod inops præclarè Magiſtratum gerere non qveat* 3. *Reprehendit in hac Oligarchiâ, unum ſæpe plures gerere Magiſtratus, ibi:* φαῦλον δ' ἂν δόξειεν εἶναι καὶ τὸ πλείους ἀρχὰς τὸν αὐτὸν ἄρχειν. ὅπερ εὐδοκιμεῖ παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις. *At hoc non eſt politicum, nec conducit Reipubl. nec Academiis. Qvi enim plures gerit Magiſtratus, is neq; ſatis celeriter, neq; ſatis bene ſuo defungitur officio. Confirmat idem eleganter Ariſtoteles argumento ex ingenij humani anguſtia deprompto, qvod multis rebus ſupereſſe non poteſt: In diverſis enim Principatibus actus unius per alium impeditur, ibi:* ἓν γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται: *Unum enim opus ab uno optimè abſolvitur, cujus rei duo ponit exempla. Unum de fiſtulizantibus & ſutoriam exercentibus, ibi:* καὶ μὴ προστάττειν τὸν αὐτὸν αὐλεῖν, καὶ σκυτοτομεῖν. *Ita & de diverſis contingit Dominis, qvod contrariantur ſibi invicem, ſicut fiſtulans ſutori ſeu choreario. Alteram de terreſtri & navali prælio, ubi abſonum foret, unum eundemq; utrobiq; eſſe Rectorem, ibi:* δῆλον δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν Πολεμικῶν καὶ τῶν ναυτικῶν. Ἐν τούτοις γὰρ ἀμφοτέροις, διὰ πάντων, ὡς εἰπεῖν, διελήλυθε τὸ ἄρχειν, καὶ τὸ ἄρχεσθαι. *Unde concluditur inconveniens eſſe unum Dominum, plura habere dominia, & ea bene poſſe gubernare propter contrarias actiones & inſtrumenta. Ultimò commemorat remedia, qvæ Oligarchia ad vitandam ſeditionem adhibet, qvæ tamen ut fortuita & in ſolâ fortuna conſiſtentia refellit, ibi:* ὀλιγαρχικῆς *usq; ad finem. Remedio autem hoc utebantur, qvando loca occupabant, partem populi ferociorem in coloniam mittebant. At Ariſtoteles hoc rejicit. Qvid enim ſi aliqvando non vincant, ſed cladem accipiant? Belli enim alea eſt dubia, & in poteſtate ſolius illius heræ fortunæ, ut diximus, ſita. Ad evitandas autem in Republ. ſeditiones, qvi morbi valde ſunt acuti, oportet adhibere remedium certum & neceſſarium.*

*D. Thom. d. l. p. 306. Qvæſt.*

*Plato lib. 2 & 3. de Republ. Plat. l. 8. de LL. Cic. Philip. 11. Xenoph. lib. 8. de diſcip. Cyr. v. Scherb. p. 97.*

# CAPUT XII.

## *Athenienſium Rempublicam conſiderat, & antiqvos Legumlatores.*

1. Τῶν δὲ ἀποφηναμένων τι περὶ Πολιτείας, ἔνιοι μὲν οὐκ ἐκοινώνησαν πράξεων πολιτικῶν οὐδ᾽ ὡντινωνοῦν, ἀλλὰ διετέλησαν ἰδιοτεύοντες τὸν βίον. Ἔνιοι δὲ νομοθέται γεγόνασιν, οἱ μὲν ταῖς οἰκείαις Πόλεσιν οἱ δὲ καὶ τῶν ὀθνείων τισὶ, πολιτευθέντες αὐτοί: Eorum autem qvi aliqvid de Republ. pronunciarunt, qvidam nullis omninò muneribus civilibus functi ſunt, ſed vitam privatam perpetuo traduxerunt: Qvidam vero latores legis fuerunt, alii ſuis civitatibus, alii externis qvibusdam populis, ipſi qvoq; in adminiſtrandâ Republ. verſati.

*Carthagine jam viſâ, Athenas, qvæ totius Græciæ delitium & amor fuerunt, pergendum eſt; quarum legibus, & antiqvorum legumlatorum inſtitutis cognitis, finem huic libro imponendo, receptui canemus. De Athenienſium autem Republ. dicturus, laudem legiſlatoris Solonis præmittit, & huic rurſum generalem legiſlatorum diviſionem. Diſtingvit enim Ariſtoteles, qvod probè notandum, inter legum ſcriptores, qvales fuerunt Decemviri apud Romanos, & inter eos qvi Reſpubl. condiderunt. Qvi autem fuerint, qvam diverſi, aphoriſmus partim notat, partim inferius in textu ſeqvitur: Alii n. verſati in otio; (Plato, Phaleas, Hippodamus) alii in rebus gerendis, alij tradiderunt leges ſuis; alij exteris; alii leges tantum ſcripſerunt; alii leges & Rempubl. conſtituerunt, uti Lycurgus & Solon. Aliud itaq; eſt leges ſcribere, & aliud Reſpubl. condere. Lex interdum accipitur propriè & ſtrictè pro omnibus iis regulis ac præceptis, qvæ dirigunt actiones civium privatas: interdum latius pro qvovis Reipubl. inſtituto. Et in hac ſignificatione uſurpat Ariſtoteles, qvando dicit: In legibus ſita eſt ſalus Reipublicæ. Differentia inter Reipublicæ inſtituta, & inter leges propriè dictas, hæc eſt: qvod hæ dirigant privatas civium actiones, qvibus propoſita ſunt vel præmia, vel pœnæ, & ſecundum eas judicatur in foro judiciali. Inſtituta verò Reipubl. ſunt ante forum judiciale, & fiunt, dum Reſpubl. conditur, & conſtituuntur de conſiliis publicis, de Magiſtratibus, non de actionibus civium privatis, qvibus præſtitutæ*

*Nomina Decemvirorum vide cap. 2. Diſt. 7.*

*ſtitutæ ſunt vel pœnæ vel præmia. Ex hoc apparet differentia inter Juris-* Scherb.
*prudentiam & Politicam ſcientiam. Jurisprudentia enim propriè ver-* p. m. 99.
*ſatur in legibus, ſive eæ ſint de pecunia, ſive de vita, ſive privatis contro-*
*verſiis, ſive de criminibus hominum privatis. Politica non pertinet eò,*
*ſed ad leges illas Reipubl. fundamentales: ad inſtituta Reipubl. Qvicunq;*
*condit Rempubl. ille neceſſario leges aliqvas condit: non contra: qvi leges*
*aliqvas condit, ille etiam Rempubl. condit. Decemviri Romani condide-*
*runt qvidem leges, non autem propterea Romanam condiderunt Rempu-*
*blicam. Sic ſi novæ feruntur leges, non propterea Reipubl. ſtatus ſeu fa-*
*cies mutatur, & forma, qvæ eſt non in legibus, ſed in inſtitutis. Aliud*
*itaq; eſt* Δικαιοσύνη δικαστικὴ: *juſtitia judiciaria, aliud* Σύνησις πολι-
τικὴ: *intelligentia civilis; aliud item* τῇ δικαιοσύνῃ δικαστικῇ, *aliud* τῇ
Συνέσει Πολιτικῇ *eſſe præditum.*

*His ita præmiſſis, in laudes & res geſtas Solonis excurrit, ubi 1. eum*
*commendat à ſapientia, 2. ab emendatione Reipubl. Athenienſium qvod*
*paucorum dominatum ſuſtulerit; populum verò in libertatem aſſeruerit,*
*& variis Reipubl. generibus ordinatè ſuam permiſcuerit, ut Oligarchia,*
*Ariſtocratia & Democratia, ibi:* Σόλωνα δὲ ἔνιοι μὲν οἴονται νομοθέ-
την γενέσθαι σπουδαῖον καὶ τὰ δὲ δικαστήρια, δημοτικόν. *De Solone* Plutarch.
*vide præterea Plutarchum, à qvo verſus ipſius Solonis exponuntur,* in Solo.
*qvibus gloriatus fuerit ille, ſe perfeciſſe id, qvod hoc loco dicitur: nimirum*
*ut tàm Optimatum qvàm plebis ordinem ſuis legibus ſtabiliendo confir-* Qvæſt.
*marit. Num autem Solon juſtè à nonnullis reprehendatur, qvod Rem-*
*publ. ita ut dictum correxerit? N. Qvamvis enim hac ratione Rem-*
*publ. in Democratiam commutatam eſſe contendant; populoq; qvicqvid*
*audendi facultatem conceſſam aſſerant; id tamen videtur non ex conſilio*
*Solonis natum eſſe, ſed potius caſu,* ἀπὸ συμπτώματος, *eveniſſe.*
*Deinde Pericles adminiſtro Ephialte qvopiam amico ſuo, potentiam con-* Plutarch.
*ſilii ſ. Senatus Areopagitarum diſſolviſſe dicitur, ibi:* καὶ τὴν μὲν ἐν de loc.
Ἀρείῳ Πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε καὶ Περικλῆς: *ubi* ἐκόλουσε,
*idem eſt ac qvaſi convulſerit & labefactarit. Hinc Herodotus:* Herodotus
Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν. *Fuit autem Athenis,*
*ubi de maximis graviſſimisq; rebus & cauſis capitalibus ſententiæ diceban-*
*tur & controverſiæ dirimebantur, conſilii publici locus in colle cognomen-*

*Herod. in Polymnia.* *to Martio, id enim eſt* πάγος Ἄρειος. *Et Herodotus ſcripſit, fuiſſe* ὄχθον ἐναντίον τῇ Ἀκροπόλει. *Obiter hic notandum, qvod ſtatus Reipubl. Athenienſis 1. fuerit Monarchia, poſt Reges verò (qvorum ultimus fuit Codrus) uſi ſint Democratiâ, bona tamen & juſtâ ſeu æqvabili. Cum a. Respub. ita eſſet mixta, ut Patritij & divites ſummã poteſtatem ſibi vindicarent, paulatim ad Oligarchiã prolapſa eſt, qvã Solon legitimo modo ad hoc à populo vocatus, poſtea emendavit. Reliqvit autem Patritiis Areopagum & majorem Senatum; populo autem cum libertate priſtina ſimul poteſtatem eligendorum Magiſtratuum, & rationum ab eis repoſcendarum conceſſit: ibi:* ἐπεὶ Σόλων γε ἔοικε τὴν ἀναγκαιοτάτην ἀποδιδόναι τῷ δήμῳ δύναμιν, τὸ τὰς ἀρχὰς αἱρεῖσθαι καὶ εὐθύνειν. *His enim duobus modis, ſi videlicet populo ſit poteſtas mãdandi Magiſtratus, & geſti officij petendi rationes, libertas ſervari, & ſervituti via præcludi poteſt. Qvoniam autem rerum humanarum viciſſitudo facile bene conſtituta immutat, accidit hoc etiam Athenienſibus. Nam Solone adhuc vivente, Piſiſtratus, Tyrannidem invaſit, ſed non diu regnavit, ſiqvidem Harmodius & Ariſtogiton rurſum Athenas Tyrannide liberarunt, & in priſtinam libertatem vindicarunt. Poſtea autem gravia bella cum Regibus Perſarum ſeu Medorum Dario & Xerxe exorta ſunt, de qvibus Hiſtorici conſulendi. Reportavit autem populus Athenienſis tres Illuſtriſſimas Victorias: unam Duce Miltiade in pugnâ Maratonia; alteram Duce Themiſtocle in pugna Salaminia, de qva textus noſter, intelligendus eſt, ibi:*

*V. Scherb. p. 101. 102. & 103.* Τῆς ναυαρχίας γὰρ ἐν τοῖς Μηδικοῖς ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος, ἐφρονηματίσθη, καὶ δημαγωγοὺς ἔλαβε φαύλους ἀντιπολιτευομένων, τῶν ἐπιεικῶν. *Hinc populus belua illa multorum capitum inſanire cæpit, hinc Demagogis, (inter qvos Demades & alii) ſe ſuaq́ bona concredidit, plenamq́ Patritiis ſua jura adimendi poteſtatem conceſſerunt: Hinc Ariſtides, Thucydides & alij viri primarii Oſtraciſmo fuerunt pulſi, & in exilium ejecti: Tertiam Duce Ariſtide, qva à Dominatu Lacedæmoniorum liberati, & Domini maris ſalutati.*

2. Τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν εὐπόρων κατέστησε πάσας, ἐκ τῶν πεντακοσιομεδίμνων, καὶ ζευγιτῶν, καὶ τρίτου τέλους τῆς καλουμένης ἱππάδος. Τὸ δὲ τέταρτον, θητικὸν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν; Magiſtratus autem omnes ex illuſtribus & locu-

pletibus

pletibus civibus creavit, nempe ex iis qvi qvingenta medimna qvotannis ex agris ſuis perciperent, & ex iis qvi jugo aſtricti eſſent, qvi Zeugitæ dicuntur, & ex eqveſtri ordine, qvi tertiæ claſſis & tertii cenſus eſt. Qvartæ autem claſſis cives, mercenarii & operarii ſunt, nullius Magiſtratus participes.

*Hic proponit populum à Solone in qvatuor cenſus diſtributum fuiſſe: qvem morem ut, & pleraq; alia Athenienſium, etiam Romani in ſuam Rempubl. transtuliſſe videntur. Legebantur autem Areopagitæ ex iis qvi honoribus præcipuis novem functi fuerant. Cenſus vocantur Græcè* τιμήματα πολιτικὰ; *Horum maximus fuit claſſis primæ, qvorum bonorum eſſent qvinqvies centenæ menſuræ ( Græcis* μέδιμνοι, *ſunt capientes ſinguli modios ſex) omnis generis fructus, ut apud nos* die Hempte/ Schepel/ *& inde hi appellati* πεντακοσιομέδιμνοι, *horum tributum erat talentum: i.e circiter ducenta qvadraginta millia. Hunc ſeqvebatur 2. ordo eqveſtris i.e.* ἱππεῖς *ſ.* τὸ ἱππικὸν, *eorum qvi eqvum alere poſſent,* die Pferde und Wagen/ Kaleſchen halten könten/ *& qvorum bona redderent menſuras trecentas fructuum. Et hi contribuebant talenti dimidium. tertia claſſis nomen habuit* ζευγιτῶν, *qvaſi jugales dicamus; à jumentis, ut opinor. Hi pendebant tributum qvod appellarunt* ζευγήσιον, *minarum decem, ex fructibus menſurarum ducentarum, qvi ſunt mille nummi denarij. qvarta & ultima qvaſi ſervilis conditionis fuit, unde & nomen habuit* τὸ θητικὸν. *His neq; honores mandabantur, neq; tributum imperabatur. In aphoriſmo autem noſtro cenſuum ordo alius eſt, ubi* ζευγῖται *ſecundo loco ponuntur Legitur apud Pollucem Epigramma cujusdam gloriantis ſe ex ultima claſſe ad eqveſtrem ordinem aſcendendo perveniſſe:* Cam. p.m. 107. Ex Pollucis Onomaſte Plutarch.

Διφίλου Ἀνθεμίων τήνδ' ἵππον θεοῖς ἀνέθηκεν,
θητικοῦ ἀντὶ τέλους ἱππάδ' ἀμειψάμενος. i. e.

Diphilum habens patrem Anthemion diis conſecrat iſtum,
Qvod ſit eqves fuerat qvi propè ſervus, eqvum.

*Num de publicâ pecuniâ mercedes judicibus aſſignandæ, ratione ante dictorum qværitur? A. qvod hic Pericli acceptum fertur. Ariſtophanis interpres ait in Pluto, Cleonẽ decreviſſe, ut tres oboli darentur, id eſt* τριώβολον, *cujus mercedulæ Comici ſæpius meminere.* Quæſtio.

Κημῷ

3\. Νομοθέται δ' ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις καὶ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὑτοῦ πολίταις: **Legumlatores porro fuerunt Zaleucus Locris ad occidentem incolentibus qvos Epiphizephyrios appellant Græci! & Charondas Catanæus ſuis civibus.**

*Poſtqvam ſe Athenis expedivit, ad eos, qvi ſuperſunt variarum & antiqvarum Rerump. legumlatores, colophonem libro impoſiturus, brevibus pergit, eorumq́; inſtituta recenſet. Offert ſe autem primò Zaleucus, qvi fuit conditionis ſervilis & pecorum cuſtos, ſed per ſtudij aſſiduitatem eruditus diſciplina Pythagoricâ, leges conſcripſit ſuæ civitati: Strabo dicit, Zaleucum ex Cretenſium, Spartanorum & Areopagitarum Athenienſium inſtitutis ſuas leges conſcripſiſſe.*

*Diodor Sic lib. 12. Clem. Alexand. 1. Strom. P. Vict. p. 175. Strabo lib. 6. & 9.*

*Charondas autem hoc poſterior, patria Catanæus, leges conſtituit in ſua civitate, ut dicitur hic in textu aphoriſmi, poſtea accerſitus à Thuriis, tempore belli Peloponneſiaci, illius civitatis ſtatum etiam ordinavit, collectis veteribus undiq́; legibus, & maximè Civitati convenientibus. Hic autem cùm armatus contra edictum legis à ſe latæ in concionem prodiiſſet, & quidam ex inimicis dixiſtet: tu tuam legem ipſe diſſolvis: Imo ego, inquit, ut rata illa ſit, faciam, & ſtricto enſe ſeipſum interemit. Quod Valerius retulit ad exemplum juſtitiæ, & extat etiam apud Diodorum. Sic Zaleucus pœnâ partitâ cum filio ſibi unum, filio alterum, cum furti ſeu adulterij, convictus eſſet, oculum erui paſſus eſt; Strabo etiam hujus meminit, dum ſcribit Mazazenos hujus legibus uſos fuiſſe. Quod etiam legitur eum Siculis Italicisq́; civitatibus leges dediſſe, verum eſt, hæ enim erant Chalcidenſium coloniæ. Dehinc progreditur ad eos, qui alio modo Legumlatores numerarunt, idq́; ita, ut Onomacritum primum fuiſſe ſtatuerint; hujus autem amicum & ſodalem Thaletem Mileſium, quem Strabo inventorem pœanum, aliorumq́; cantuum agnoſcit, fuiſſe affirmat: Thaletis vero auditorem Lycurgum & Zaleucum: Zaleuci Charondam, ſed addit autor:* ἀλλὰ ταῦτα μὲν λέγουσιν ἀσκεπτότερον τῷ χρόνῳ λέγοντες, *errarunt enim ex inſcitiâ temporum. Philolaus præterea Corinthius etiam Legiſlator fuit, qui tamen non ſuis civibus ſed Thebanis leges ſcripſit, ibi:* Φιλόλαος ὁ Κορίνθιος νομοθέτης Θηβαίοις. *Tribuitur & huic hoc facinus, quod ſupra Charondæ aſſignatum eſt, item, quod Syracuſiis Leges ſcripſerit, ſed nos præter ea, quæ textus habet, nihil de Philo-*

*Valer. M. lib. 6. Diod Sic. d. lib. Strab. l. 12.*

lao

*lao habemus. Cauſa autem, quæ movit illum, ut Corintho diſcederet, cum eſſet ex ampliſſima familia Bachiadum, quæ Corinthi regnavit, nulla alia fuit, quàm Diocles, cujus amore ductus, eum, propter inſanum matris Alcyonæ amorem Corinthum linquentem, Thebas ſecutus eſt. Hic ergo vitam traduxerunt, & poſtquā defuncti, eorum ſepulchra ita fuerunt poſita, ut alterum ex altero facilè conſpici poſſet. Prolixius in textu hæc leges, ibi:* ἦν δ᾽ ὁ Φιλόλαος νομ. παρὰ τοῖς Θηβαίοις. *Quid autem quisq; proprium ac peculiare habuerit horum Legumlatorum, quorum jam meminit, paucis adumbrare voluit, quo eò tenaciorem nobis illorum relinqueret memoriam. De Philolao, cujus ultimò mentionem fecit, refert, eum legem de procreatione liberorum literis conſignaſſe, idq; ideo ut bonorum quæ cuiq; ſorte obveniſſent, & hereditatum numerus ſervaretur, ibi:* Νομοθέτης δ᾽ αὐτοῖς ἐγένετο Φιλόλαος περί τ᾽ ἄλλων τινῶν, καὶ περὶ τῆς παιδοποιίας, οὓς καλοῦσιν, ἐκεῖνοι νόμους θετικοὺς, *non autem cum Borrabo legendum* τικτικοὺς, *quod erroneum eſſe probabimus. Conſtituit etiam legem de exæquandis bonis, ibi:* Φιλολάου δ᾽ ἴδιον ἡ τῶν οὐσιῶν ἀνομάλωσις, *ubi interpretes falsò* ἀναμάλωσιν *reddidernut inæqualitatem ſeu irregularitatem, cum non ex* α *quæ privat vocem, ſed ex* ἀνὰ, *quæ minimè hoc præſtat.*

*Vid. L. Juliam & Papiam de maritandis ordinibus.*

*Victor. p. m. 177.*

*Heſych. in voce* θετοί*. & Harpocration.*

*P. Victor. p. 178.*

*Charondas Catanæus cujus etiam Cicero meminit in libris de Legibus, & Plato in libris de Republ. etiam fuit Legislator, quem autor valde laudat per comparationem ejus cum reliquis legum ſcriptoribus. Inprimis autem falſorum teſtimoniorum actiones & judicia ipſi Ariſtoteles acceptum fert, ibi:* Χαρώνδου δ᾽ ἴδιον μὲν οὐδέν ἐστι πλὴν αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτύρων. Πρῶτος γὰρ ἐποίησε τὴν ἐπίσκηψιν τῇ δ᾽ ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρώτερος, καὶ τῶν νομοθετῶν. *Expoſuit etiam Demoſthenes, quæ res impellant aliquos, ut in judiciis falſum teſtentur: ſive enim inquit quæſtum ſectantur propter egeſtatem, ſive ſerviunt voluntati ſodalium ſuorum. Tertium quod eos abducit à verò, inimicitiæ ſunt quas gerant cum adverſariis eorum, quorum cauſam cum ſcelere adjuvant. Platoni etiam ſua, quæ primum invenit, aſſignantur, ſunt autem quatuor, quæ brevibus hic in textu indicantur, ſuperius pluribus de his actum eſt, ibi:* Πλάτωνος δ᾽ ἥ τε 1. τῶν γυναικῶν καὶ παίδων καὶ τῆς οὐσίας κοινότης. 2. Καὶ τὰ συσσίτια τῶν γυναικῶν. 3. *Lex*

*Cic. de leg.*

*Plato l. 4. de Republ.*

*Demoſth. Orat. in Aphobum.*

*Plat 2. & 7. de legib.*

*de ebrie-*

Plutarch. in Solone

de ebrietate. ἔτι δ᾽ ὁ περὶ τὴν μέθην νόμος, τὸ τοὺς νήφοντας ζυμποσιαρχεῖν. 4. Καὶ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄσκησιν, ὅπως ἀμφιδέξιοι γίνωνται κατὰ τὴν μελέτην, ὡς δέον μὴ τὴν μὲν χρήσιμον εἶναι τοῖν χεροῖν, τὴν δ᾽ ἄχρηστον.

Demoſth. adv. Lept. & Ariſtog.
Ariſtot. 2. Rhetor. in loc. à nomine.

Draco ante Solonem leges Athenienſibus præſcripſit, Rempubl. autem non conſtituit, ſed illam ipſam quæ tunc erat, ſtudio ſuo ornavit: Hujus leges ex alluſione nominis culpatæ fuerunt, quaſi non hominis, ſed Draconis eſſent: ut Ariſtot. indicat his verbis: Καὶ Δράκοντα τὸν νομοθέτην, ὅτι οὐκ ἂν ἀνθρώπου οἱ νόμοι, ἀλλὰ Δράκοντος. Idcirco Demades dicere ſolitus fuit: Draconem non Atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe, quoniam in minima delicta capitis pœnam ſtatuit, hic Δράκοντος δ᾽ οἱ νόμοι μέν εἰσι, ἴδιον δ᾽ ἐν τοῖς νόμοις οὐδέν ἐστιν ὅτι καὶ μνείας ἄξιον· πλὴν ἡ χαλεπότης, διὰ τὸ τῆς ζημίας μέγεθος.

Plutarch. in convivio 7. ſap.
Diod. Laert. in vita Pittaci Ariſtot. 3. Ethic.

Pittacus etiam legislatoris nomen meruit, ſed ſimiliter ac Draco Rempubl. non fabricavit, propria autem ejus lex in temulentos eſt concepta, ut duplici afficerentur pœna, ibi: ἐγένετο δὲ καὶ Πιττακὸς νόμων δημιουργὸς, ἀλλ᾽ οὐ πολιτείας. Νόμος δ᾽ ἴδιος αὐτοῦ, τὸ τοὺς μεθύοντας, ἄν τυπτήσωσι, πλείω ζημίαν ἀποτίνειν τῶν νηφόντων. Διὰ γὰρ τὸ πλείους ὑβρίζειν μεθύοντας ἢ νήφοντας, οὐ πρὸς τὴν συγγνώμην ἀπέβλεψεν, ὅτι δεῖ μεθύουσιν ἔχειν μᾶλλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ ζυμφέρον. Plutarchus ita refert: ἐάν τις οὖν μεθύων ἁμάρτη, διπλασίαν ἢ τῷ νήφοντι τὴν ζημίαν εἶναι.

Androdamas Rheginus ſimiliter legumlator fuit, & ultimo hic poſitus, ibi: ἐγένετο δὲ καὶ Ἀνδροδάμας Ῥηγῖνος νομοθέτης Χαλκιδεῦσι τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης. Οὗ περὶ τὰ φονικὰ καὶ τὰς ἐπικλήρους ἐστίν: id eſt, de cædibus & de puellis orbis, ad quas omnis paterna devolvitur hereditas, leges ordinavit.

Victor. p. m. 179. Cam p. 109

Chalcidicæ verò civitates fuerunt in Thracia & alibi, coloniæ Chalcidenſium in Euboea admodum florente olim atq; potente viris & opibus civitate. His ita dictis, concludit, quod omnia quæ ad Reipubl. adminiſtrandæ rationes pertinuerint, tum eas, quæ ſuo tempore receptæ, (quas vocat Κυρίας, cujusmodi fuerunt Lacdæmoniorum, Cretenſium, Pœnorum;) tum eas quæ à quibusdam theoreticè traditæ & expoſitæ fuerint, hoc modo conſideraverit ac diſputaverit:

ἔστω τεθεωρημένα τὸν τρόπον τοῦτον.

Finis libri ſecundi Politicorum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730151212/phys_0066
DFG

CLaris auſpiciis tentat Gladiator arenam,
BONHOFIUS, cenſetq; Jura publica,
Magna qvidem, ſed clara ſimul: Qvem PRÆSIDIS auſa
Præconio famæ perenni conſecrant.

*Teſtand. benev. appoſ.*

*Caſparus Mauritius, Th. D.*
*P. P. & Eccleſ.*

Ad Pereximium DN. RESPONDENTEM contubernalem amiciſſimum.

*IMperium noſtrum, Reſpublica, regna per orbem,*
*Cenſuram juſtam, judiciumq; probant.*
*Quicquid Ariſtoteles cenſet, quid Scherbius, atque*
*Borrhaus, Victor, Giphaniusque meus.*
*Quid Caſus deſignat, habes, & quæ Camerarius*
*Ponimus argutè, dexteritate, fide.* *(addit,*
*Conſcripti patres aſtant, tua facta per orbem,*
*Laudibus extollunt, præmia lauta dabunt.*
*Atque Magiſterii titulum ſpondent tibi cuncti,*
*Annuo, præ reliquis optima vota ferens.*
*SIS BONUS & decores HORTUM, naſcantur in ipſo*
*Herbæ fragrantes CONSILIIque decor.*

 *Nomi-*

*Nomine VOLRADUS, re ſis BONHOFIUS*
*Concepto voto ſuffice, magnus eris.* *(amplo:*

CHRIST. WOLDENBERGIUS.
J. U. D.

*ARISTOTELES*
*per Anagramma.*

SOL ERAT ISTE Sophûm, cujus Tu ſcripta revolvis
Hoc præeunte tibi polliceare jubar.

*A. Tſcherningius.*

*HYLORII auſpiciis Reſpublica quæq; pateſcit,*
*Quæ florens Veterũ tempore, & ampla fuit.*
*Quicquid habet vitii, quid quævis laudis ad-*
*umbrat,*
*Cenſet, cenſuram dexteritate probat:*
*Hic modus eſt juſtus Stagiritæ ſcripta docendi,*
*Hic modus ASTRÆÆ competit ipſe Deæ.*
*Phyſica cum Logicis, tradantur & Ethica tali*
*Scripta modo Doctus, Philoſophusq; clues.*
*Hoc præeunte Viro tua gloria creſcet, Amice*
*BONHOFI, atq; brevi præmia Treva dabit.*

*Præſes*

*Præſes præſidium Sophiæ, Themidosq; perennet*
*Reſpondens capiat, quæ cupit ipſe dari.*

Ita ſvaviſſ. ſuo Convictori
gratulab. applaud.

M. JONAS EMMENIUS,
Lubecenſis.

BONHOFIUS, Ductore, WOLDENBERGIO:
Bonhofius, DOCTORE WOLDENBERGIO,
Clariſſimis conſcendit auſis pulpita.
Factum bonum! Famæ ille ſervit oppido,
Orbiq; ſervit ille literario:
Dum ſcripta *Docta, Perpolita* publici
Juris facit, qveant Res-qvæ-publicæ
Prodeſſe, qvæ juvare poſſint inſimul;
Viroſq; delectare, commiſſa eſt qvibus
Cenſura: Candidæ æqvitatis Arbitros
Qvos nuncupat ſevera Juris Sanctitas.
Præclara dum volvit ſuo jam pectore,
BONHOFIUS, famæq; ſeſe conſecrat:
Applaudimus, Conatibus: FELICITER!
Orbi, DEO litet ſuæq; deîn GAMBRIVIO,
Phœbus lubens, & gratus heîc ſertum parat.

*Honoris & boni ominis cauſa Honoratiſſimo*
*Domino Commenſali Amico chariſ-*
*ſimo ſuo ſcribebat*

*M. Gregorius Michaël.*

*Eſt*

*EST MAGNUS, varias qui callet vertere lin-*
*Ac animum Sophiæ cognitione polit. (guas*
*At MAJOR, mentem cui talem ſummus Jehova*
*Finxit, quâ promptus promere lecta poteſt.*
*MAXIMUS aſt ille eſt, cui mens ſuggeſta ſororum*
*Docta novenarum ſcandere: laudis iter.*
*Hoc VOLRADE tuo præſtas ſub Præſide Claro*
*Quapropter merito laude vehendus eris.*
*Progredere, inceptumq; operis decurre laborem,*
*Ut ſplendor patriæ, ſis maneasq; tuæ.*

In perpetuam amicitiæ μνημοσύνην
Eximio Dn. Reſpond. poſuit
M. DIONTSIUS STROPIUS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730151212/phys_0071
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730151212/phys_0072
DFG

*lao habemus. Cauſa autem, quæ movit illum, ut* [illegible] *eret, cum eſſet ex ampliſſimæ familia Bachiadum, quæ Cor*[illegible] *nulla alia fuit, quàm Diocles, cujus amore ductus, eum, p*[illegible] *matris Alcyonæ amorem Corinthum linquentem, Theba*[illegible] *Hic ergo vitam traduxerunt, & poſtquã defuncti, eorum* [illegible] *runt poſita, ut alterum ex altero facilè conſpici poſſet. P*[illegible] *hæc leges, ibi:* ἦν δ' ὁ φιλόλαος καὶ παρὰ τοῖς Θηβαί[illegible] *item quisq́ proprium ac peculiare habuerit horum Legu*[illegible] *rum jam meminit, paucis adumbrare voluit, quo eò tena*[illegible] *rum relinqueret memoriam. De Philolao, cujus ultimò* [illegible] *, refert, eum legem de procreatione liberorum literis con*[illegible] *o ut bonorum quæ cuiq́ ſorte obveniſſent, & hereditatum* [illegible] *etur, ibi:* Νομοθέτης δὲ αὐτοῖς ἐγένετο φιλόλαος περὶ τ' ἄ[illegible] περὶ τ παιδοποιίας, ὓς καλοῦσιν, ἐκεῖνοι νόμους θετικοὺς [illegible] *cum Borrabo legendum* τικικοὺς, *quod erroneum eſſe pr*[illegible] *nſtituit etiam legem de exæquandis bonis, ibi:* φιλολάε[illegible] σιῶν ἀνομάλωσις, *ubi interpretes falsò* ἀναμάλωσιν *re*[illegible] *uali tatem ſeu irregularitatem, cum non ex æ quæ privat* [illegible] *ινας quæ minimè hoc præſtat.*

*Charondas Catanæus cujus etiam Cicero memin*[illegible] *Legibus, & Plato in libris de Republ. etiam fuit Legislato*[illegible] *alde laudat per comparationem ejus cum reliquis legum ſcr*[illegible] *pri mis autem falſorum teſtimoniorum actiones & judic*[illegible] *s acceptum fert, ibi:* Χαρώνδου δὲ ἴδιον μὲν οὐδέν ἐστ[illegible] αι τ ψευδομαρτύρων. Πρῶτος γὰρ ἐποίησε τὴν ἐπίσκ[illegible] ηψιν. Καὶ τῷ ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρώτερος, καὶ τῶν νομο[illegible] *oſuit etiam Demoſthenes, quæ res impellant aliquos, ut i*[illegible] *teſtentur: ſive enim inquit quæſtum ſectantur propter*[illegible] *ſerviunt voluntati ſodalium ſuorum. Tertium quod eos* [illegible] *inimicitiæ ſunt quas gerant cum adverſariis eorum, q*[illegible] *cum ſcelere adjuvant. Platoni etiam ſua, quæ primum i*[illegible] *tur, ſunt autem quatuor, quæ brevibus hic in textu indic*[illegible] *pluribus de his actum eſt, ibi:* Πλάτωνος δὲ ἴδια 1. ἡ τ[illegible] παί δων καὶ τ οὐσίας κοινότης. 2. Καὶ τὰ συσσίτια τῶν [illegible] *Lex*
*brie-*

*Vid. L. Juliam & Papiam de maritandis ordinibus.*

*Victor. p. m. 177. Heſych. in voce* θετικ. *& Harpocration. P. Victor. p. 178.*

*Cic. de leg. Plato l. 4. de Republ.*

*Demoſth. Orat. in Aphobum.*

*Plat 2. & 7. de legib.*